331

331

UVA. BHSC. IyR_331

386

331

UVA. BHSC. IyR_331

331
I

UVA. BHSC. IyR_331

UVA. BHSC. IyR_331

¶ In laudem vberrimi huius nouicq cõmentarii Petri Ciruelli Darocensis In astronomicum Spheremundi opusculum Petrus de lerma Burgensis ad lectorem.

Si iuuat astroq varios distiguere fluxus:
Etheris imẽsi normaq certa placet:
Qui celerẽ magno tardũcq ĩ corpe gyq:
Miratusue soli grande requiris iter:
Si sapias: radiũ darocẽsis poscito petri
Nũc pete; et iuẽto firmius adde fidẽ.
Sydera: si veterum dicunt monumenta virorum:
Rara tamen varia suspitione carent.
Que siluit sacrum vulgato in codice bustum:
Sunt bene distinctis illa reperta notis.
Regius in spheram que mons dispendia iunxit:
Abstulit amplectens optima queq liber.
Concaua scrutatur conuexi pondera celi.
Et quibus assiduum tractibus illa rotent.
Oppositos dicas motus (mirabile dictu)
Si varios ares mens male cauta neget.
Tardaq miramur gelidi sarraca boote.
Illa neq oceani precipitata vadis.
Prima figurantur vacuo digesta profundo:
Sperica natuis corpora firma locis.
Quinetiam paruis composita est machina cyclis:
Et facile exalto climata curua notant.
Quod spaciũ fuscos berecynthia traxit ad indos.
Stringat vt angustas nixq caloq vias.
Herserit oceani tellurem amplexa rotundam.
Fortis vt extremũ fregerit vnda solum.
Quid sua cuiq domus glaciali cedat ab arcto.
Quid fugit occasum latius addit opus.
Rorida diuerso tithoni climate coniunx
Quos premit: aut surgens porroget orbe dies.
Vt septem gemmũ prestans mortalibus orbem:
Protrahat etatem cunctipotentis amor.
Torrida continuis nec feruet solibus estas.
Nec furit ardenti mota furore canis.
Parcit hyperboreis densari nubibus ether.
Gaudeat vt mixta dulcior aura vice.
Lumina das titan cursus nec longa diurni
Quc videt arctoo bruma subacta polo.
Abstulit hyberne miseris fastidia noctis
Aurora in rubeis dum redit alta rotis.
Sydereos ortus et casus explicat omnes:
Vt magis astronomo nota poesis eat.
Que cira consurgunt signa/et que tramite recto:
Queq cadunt paribus sint tibi certa moris.
Quid rutilos properet vitrea mersarier vnda
Aut stimulet madidos surgere phebus equos.
Vertentem signans epicyclũ eccentrica monstrat
Corpora: secretum celsitonantis opus.
Scilicet insano priscorum nota labori.
Mundus et humana victus ab arte manet.
Orbis et inscissus septena errantia verset.
Firaq signiferi non fugitura gradus.
Vt fugiat titan/spiriscq ingentibus erret:
Circumagat suetas cynthia pulchra vias.
Nec minus Enee matrem rimabere labi.
Mercurium gressus accelerare citos.
Felicemq Jouem. duri vel prelia Martis.
Saturniq graucm celsa tenere globum.
Est caput Angustum caudãq videre drachonis.
Perficit hoc rediens cursibus ãnus iter.
Velatum terra videas ferrugine solem.
Dum rapit emissum menstrua luna iubar.
Ternaq nascentis curuantur vt ora Diane.
Cernitur opposito pulchrior ore soror.
Lãpade nũc cassam fratris miserabere pheben:
Dum trahit obtusum pyramis atra caput.
Singula perspicue gracili digesta libello:
Auspiciis Daroce carpere lector habes.

¶ Petrus de lerma burgensis ad autorem.

Secula nunc redeunt Alphonsi candida regis.
Descendunt alto sydera queq polo.
India vasta fauet. mirabitur arduus atlas:
Cui datur astriferum vertice ferre polum.
Exultat memphis: gaudet ter maximus hermes:
Abdita qui dubio latius ore canit.
Nunc ptholemee redis. surgis tu maxime cesar:
Tempora qui celo currere certa facis.
Non teneat stupidas celum vertigine mentes.
Nec putet ignotum currere phebus iter.
Ludere mortales latonia parcito sensus.
Nubila non fallent: nulla serena dies.
Jam bissena patent oblique insignia zone.
Panduntur cosmi lucida signa vagi.
Non valet ardentum numerus latusse globorum.
Concedunt radio sydera Petre tuo.
Te daroce cretum docuit salmantica felix.
Hinc sola se iactant vtraq leta viro.
Insuper et gallam sitiens perductus ad oram:
Fontibus implesti guttura parisiis.
Non facundus abest sermo: dialectica solers:
Perspectiua subit/terpsichorea tibi.
Multiplicas numerum: demonstras arte figuras.
Et sacer (et mores) curat adesse liber.
Prouida quid possint nature iura latentis.
Dum sileat Petrus quis docuisse potest.
Adde q humanos nunc nunc miserata labores
Urania: ex summa te dedit arce poli.
Hinc magis hesperie parta est tibi gloria nostre:
q tua suspecto scripta timore carent.
Pallada nec parui est missse a vertice puram.
Consentit scriptis queq minerua sacris.
Quare age venturi felicia voluito secli.
Stamina. cõmemorent tẽpora multa virum.
Longaq fatales dum scindent fila sorores:
Parcaq felici lumina sorte premet:
Tergeminũ ditis compescat guttura monstrum.
Sint procul eumenides. cymba charontis eat.
Spiritus astra petens eterna pace fruatur.
Famaq virtutis pulset vtrumq polum.

VALLADOLID

UVA. BHSC. IyR_331

In astronomiam

¶ Petrus Ciruellus Darocensis. Jacobo Ramirez Gusmano et Alfonso Osorio Clarissimis viris Ex Inclita Hyspanorum magnatum Stirpe. S.P.D.

MAiores nostros aureadum illa secula tenuere viri percelebres quibus humane rōis lumē pspicuū/rectū q̃ vigebat dictamē ⁊ mortaliū ingenia heroicas virtutes ppulchras animi dotes summope coluerunt: simul tūc optime queq̃ discipline hūane vite apprime necessarie repte sunt atq̃ floruere Sic cm̃ apud egyptios gens sacerdotū soli cōtemplationi vacare dimissa liberales doctrinas (que mathemata vocant) astrorūq̃ pitiā mueuerunt. sic Socrates Plato Aristoteles ceteriq̃ athenieiū phi rōnales naturales ⁊ morales disciplinas bene beatq̃ viuendi regulas tradiderunt. sic denq̃ romanor proceres reipublice feliciter gubernāde leges reiq̃ militaris modū prudenter excogitarunt. ceteraq̃ nationū pplures hac via effecti sunt sapiētes At vbi luxui/mollicei/carnisq̃ fomētis indulgeri ceptū est: ferreaq̃ increuit tēpestas: mundus vti decrepitus caligātibus oculis legēq̃ nature obnubilatā in oīmoda pctōrum genera preceps decidit. pariterq̃ oīm studior generum obliuione capta misere mortaliū animis exciderunt. Nec parua modo tugurria sed et summas orbis arces dira hec inuasit pestis. a deo vt reges principes et ceteri nobiles (quor vigiliis assiduisq̃ sudoribus virtutes ⁊ scie plātate cultēq̃ extiterāt. ⁊ grāde susceperāt incrementū) primi ad vicia pcliues ab dolor apparent. eorūq̃ vestigia (veluti rectius de agendis iudicantiū) totū penevulgus sequutū ipro bra cuncta effrene corruat. Et vt reliqua sciarū genera missa faciam⁹. liberales artes (que olim illustriū ⁊ ingenuor hoīm vmbra tegebātur tutēq̃ manebāt) ita nūc ab eis negligūtur vt vix earū noīa pferēti aures iptiri dignētur et ventri tantū more pecudum parcant: solas ve eas probent sequāturq̃ disciplinas que insanam opum cupidinē quoquomodo explere valeant: et (vt propheta lamentatus ait) a maximo vsq̃ ad minimum oēs auaricie studeant. Verum quia malum aliquod integrum omniq̃ bonitate carens esse non permittitur (nec cm̃ subsistere posset) benigna idcirco dei prouidēcia in tanta rei litterarie pnicie insignes quosdam (ne illa funditus interiret) mundo statuit reseruādos. qui genua sua ante baal auaricie non flexerunt. sed ⁊ virtutes et scientias licito amore pseqūtur. vnde ⁊ Johannes Picus italor principum gloria nitidissimūq̃ ornamētum diebus hijs velut nouum sidus emicuit. qui oim tam humanarum q̃ diuinarum scienciarum fastigium adeo celeriter optinuit vt oē genus scibile anteq̃ adolescentiam excederet calluerit et quod is ignorauerit sapiat nemo quare inter huius temporis mirabilia iclitus iste vir recte adnumerar. Ingeniosissimi quoq̃ Germani hac nostra etate coi studētes vtilitati mirificā illam imprimendi artem excogitarunt. qua non modo cuncta veterum monumenta (que iamdiu caligo vetustatis obtexerat) in lucem reduxere: verum ⁊ scias oēs opa sua non parum ad augent. Sz ne longius per aliena diuagemur exēpla ad nostrates veniamus quos in quoq̃ sciendi gēe phatissimos ppertemus. sicut cm̃ iamprideni oī virtute doctrinaq̃ prefulgidos. Senecam. Lucanum. Quintilianū. Isidorū. Auicenam. Aueroym. et alios pplures nobis hyspania pgenuit: ita et nunc rei militaris peritia/ religionum obseruantia/et pacifica regnor gubernatione hesperij nostri prepollent. nullis etiam nationib⁹ inuidebimus qui tanto principe (sub cuius equissimo sceptro hec oīa nobis euenere) illustrissimo feruādo diuinitⁿ donati sumus. Hūc igitur redyt aurea etas: cum pissimi ducis exemplo per docti ceteri quq̃ magnates bonis moribus et doctrinis totis viribus incumbūt hij miliciam exercent/hij modestiam religiose vite curant alij item per diuersa gimnasia lras amplexantes passim reperiuntur. Hoc ceteris tamen hyspanorum nobilibus clarum vestrū genus atq̃ splendida radix summa semp culmina virtutum obtinuit. Si cm̃ (dicente dño) ex fructibus arborem iudicari oportet: huius generis commentiam magnus predicator patriarcha dñicus (quem scia et virtutibus diuinum celebrat ecclesia) eiusdēq̃ stirpis candidissimus flos q̃ facillime ostēdit. Unde et maiorum suor mores egregios nobilitas vestra immutatura domesticis pene oibus neglectis liberalium artium phie atq̃ theologie nitidissimos fontes haurire cupiēs sacram hanc parisior academiā summū gallor decus oī cum venustate ⁊ modestia diutius coluit et in dies colit. Pro vestra igit in me benignitate: que in astronomicū sphere mundi opusculum Johannis de sacro busto commentariū tertualesq̃ additiones pro virili nostra et si humili stillo deo auspice edidimus: nomini vestro dicatum opus sub generosissima alarum vestrarū vmbra fouere/tueri atq̃ ptegere queso digneminī sic cm̃ acerbissima queq̃ morsacis liuoris iacula p̄sidio vestro (vti eneas vulcani clipeo) fretus facille repellā. Valete incolumes semper et felices neq̃ vt facitis solito amore prosequamini.

UVA. BHSC. IyR_331

In astronomiam Prefatio

¶ Petri. L. D. in astronomicū Sphere mundi opusculum Prefatio.

HEroicus ille diuine legis predicator deiq; apostolus eximius humanarum scientiarū dignitatē simul et vtilitatem romanis insinuās. inuisibilia inquit dei per ea que facta sunt a creatura mūdi intellecta cōspiciūtur sempiterna quoq; virtus eius et diuinitas. qr cū deus ipse nature optimꝰ ingeniator hoiem (qui oīs creatura participatione dicit) ex corpora et spiritualī natura cōfectū in huius sensibilis mūdi centro (vbi oīa cōcurrūt) collocauerit: vt q̄ in corpore passibili suā pmereri debuit beatitudinē: ab oībus creaturis ad hūc assequendū finē iuuari posset. vñ et ꝓpheta regius oīa ꝓter hoiem facta hominiq; subiecta et subseruiētis cecinit. maxime autem ab alijs creaturis iuuari dicitur homo per hoc q̄ ex earum noticia quasi vestigio quodam ad dei cognitionem (quem colere honorare adire et ad quem velut sagittarius ad signum in agendis aspicere debet) erigit ac manu ducitur: Ideo scia oīs a sapiētibꝫ huius seculi hūanis parta laboribꝫ viribusq; oīpotētis et veri dei aliqualē agnitionē hoībus affert. vñ et noticiā omnē humanitus habitā bonā laudabilē honorabilēq; aristoteles in prohemio de aia supponit. q̄ vz quecūq; illa fuerit intellectū nostrū suapte natura in deum dirigens ipm valde perficit ordinat et decorat. Et tanto sciam aliquam digniorem existimare oportet quanto altius certiusq; deū nobis insinuat. propter hec em sciēciam alteram altera honorabiliorem ibidem philosophus idem cōmendat. ¶ Cum igit in mathēaticis doctrinis horū vtrūq; manifeste appareat: merito post primam phiam ceteris humanis scientijs pferende sunt easq; dignitate antecedunt. Hec inq̄ nobilissimarum creaturarū naturas virtutes et operationes in q̄bꝫ immensa dei potentia sapientia et bonitas maxime resplendet demonstrationum certitudine ostendunt. Dicitur em in scō methaphisice q̄ acribologia id est certitudo mathematica nō in oībus sciēciis reperitur. et Cōmentator ibidem sciētie inquit mathematice sunt in primo summoq; gradu certitudinis. In tertio ē et eiusdē methaphisice demōstratōes mathematice ex hoc certissime approbant q̄ semp ex cā vel rōne formali assumūt. dicit em ibi q̄ in mathematicis neq; bonū neq; finis neq; fit vlla demōstratio ex eo q̄ est ꝓt hoc. ꝛc. id est nichil demonstrat ex cā finali materiali aut efficiēte sed de ex sola rōne formali. Non em phamus triāguli tres āgulos valere duos rectos ꝓt aliquē finē ad quē ordinet. nec qr sit ex tali materia facto. aut a tali agēte sicut pcedit in phisicis disciplinis: sed quia iplicat aliquid trianguli rōnem hꝫe et non illā passionē. Insuper i sexto et vndecimo methaphisice has scientias phūs multis prosequitur laudibus. nūc quidē optimū dicit mathematicarum genus. nūc ꝓ eas doctrinas nullo addito sed anthonomasice vocat. Et i ꝑmo posterioꝝ mathematice in q̄t scie sunt sicut videre ad intellectū a deo em clara euidēsq; ea ē noticia quā de reb̄ tradūt vt equo iure intuitio autvisio dici mereat. Et i sexto topicoꝝ eadē nobis notiora et scōm naturam in mathematicis asserit. cuiꝰ tū oppositū in sciēciis accidit naturalibꝫ vt tā in phemio phicoꝝ q̄ i septimo methaphisice palā oñdit. Immo vbicūq; modū sciētificū demōstratiuūq; declarare nititur phūs ad exēpla mathematicarū sciarum se cōuertit q̄ in eiꝰ libris logicis phicis et metaphisicis videre pōptū ē. In alijs itē sciencijs ꝓt earū minorē certitudinē doctoꝝ diuersitas et opinionū cōtrouersia locū hz. in mathematicis ꝓ nequaq̄. quicq̄d ei ibi tradit aut clarissime scitur aut oīno ignoratur nec ante demōstrationē quis se quicq̄ itel ligere opinatur. Et quibꝫ oībus harū sciēciarū maxima certitudo satis cōuincit. ¶ Verū cū dupler sit scienciarū mathematicarū genꝰ: hec quid̄ sunt pure mathematice vt arithmetica et geometria. Ille ꝓ mixte aut iter phicas et mathemathicas medie sunt scientie musica scz pspectiua et astrologia (has enī tres medias phūs in scō phicoꝝ ponit ꝑme due certissime sūt sed res mimas infimasq; nūeros scz lineas superficies aliasq; corporeas dimēsiones perscrutantur. Tres vero alie et si demonstratiue sint probabilitates tamen opiniones q̄ que phice sunt q̄ñq; recipiunt: de rebus aūt preciosissimis cognituq; dignissimis diserunt. Hee igitur tres oīm particularīū scientiarum nobilissime sunt. quia in eis simul phice et mathematice pericie pulchritudo reperitur. que em phice sunt obiecti pollent nobilitate. que vero mathematice demonstrationis gaudent certitudine. vnde rerum naturalium non inductiue et debiliter (vt alie sciencie permulte) sed demonstratiue et scientifice cognitionem seruata materie qualitate tradunt. ¶ Harum tū mathemathicarū oīm sūma decor atq; pfectio astrologia est. cuius laudes et preconia exequēdo latius oñdimus. Hec nāq; dignissima scientia ex quattuor maxime pre ceteris venit cōmēdanda. Primo ex materie seu obiecti dignitate. deinde ex modi procedendi certitudine. postea ex inuentorū auctorūq; sublimitate. demū vero ex finis arduitate. Qd em rei digne dignitate astrologia oēs alias pticulares sciencias excedat hec res indicio erit. quia vt Ptholemeus in primo et Almagesti et quadripriti habet hec sciencia celorum et ornatissimorū astrorum naturas virtutes motus et effectꝰ speculatur. talia autem corpora. Aristoteles i scō phicorum diuinissima dixit manifestorum et in secundo de celo corpora illa intransmutabilia nec tpe senescētia inueterabilia aut fati-

humanarū sciētiarum cōmēdatio

Mathematicarū certitudo.

Mathematicarū differentia.

Quadruplices astrologie laudes.

Ex obiecto

UVA. BHSC. IyR_331

gabilia probat. quorũ motus ordinatissimus continuus atq; perpetuus est nec ipm potest creatura vlla quo quomõ ipedire. Et i scõo de gñatione causas primas eorũ que hic inferius corporaliter pducuntur celos astraq; dicit cũ gñationũ et corruptionũ ac periodi rerũ naturalium rõnes inuestigat. Et in primo metheororũ totũ hũc mundũ inferiorem superioribus lationibus asserit gubernari. et hoc quidẽ nõ iniuria qr vt ex scõo et decio methaphisice habetur i quolibet rerũ gñe pmũ cã et regula est oim aliorũ que sunt post. igitur in corporibus primũ qõ celũ est vt probat in pmo r scõo celi mẽsura r regula ẽ oiz aliorũ corporũ. Et i pmo de republica qñcũq; inquit adunũ finẽ aliqua plura ordinãtur necesse est vnũ eorũ esse dominans omniaq; alia regens ordinans r gubernans. ergo iter corpora q̃ oia deus ad aliquẽ finem vnũ destinauit necesse est vnũ aliorũ esse gubernatiuũ hoc aũt celum est. Et in scõo de anima empedoclis aliorũq; antiquissimorũ dictũ introducitur solem patrẽ hominũ deorũq; putari. quod ei cõsonat q̃ in scõo phisicorũ dr sol r homo generant hominẽ. Et i duodecimo methaphisice totũ vniuersum domui bene gubernate cõparat phũs. cũq; deum velut optimũ patrẽ familias (qui et seruis r liberis singula precepta prudẽter imponit) dirisset: tãdẽ elementaria et caduca hec inferiora corpora seruis sibi legem positam sepius transgredẽtibus. celestia vero corpora filijs et liberis (qui amore quodã ducti omnia sua opera iuxta tenorem precepti volũtatisq; patrẽ ne explere nituntur) coaptauit. hec enĩ in motibus actionibusq; suis preter insitam sibi legem agunt nichil. illa vero a nature sue ordine debito septrionem agendo deuiant. Unde phũs in secũdo phisicorũ: casum et fortunam nullum locum in celestibus corporibus multũ autẽ in hijs inferioribus habere dicit. Cum igitur alie oẽs discipline aut nullã aut nõ ita ꝓpriã celorũ r totius vniuersi faciant theoriã sed earum pcipua intentio circa corruptibilia versetur corpora palam est astrologiam eas oẽs hac ex parte antecellere. Unde inter ceteras humanas scias hec tm̃ se dicere poterit illõ Ecclesiastici. 24. ego in altissimis hitaui r tronus meus in colũpna nubis girũ celi circuiui sola et pfundũ abissi penetraui. r i fluctibꝫ maris ãbulaui/r i oi terra steti. vbi oẽs astrologie ptes tangi videntur vt ifra explicabit. ¶ Ex suo etiã pcedẽdi mõ certissimo astrologia sup oẽs hũanas sciẽtias laudat. si q̃d enĩ vigoris modꝰ habet pcedẽdi phisicꝰ ex effectibꝫ scz ad causas puenẽdo hoc i astrologia q̃ pti phisica ẽ tãto excellẽtiori mõ repit quãto altiores causas suo pcessu inuestigat. Hec nãq; ex motꝰ celi ppetuitate r regularitate pmorũ mouẽtiũ spũalitatẽ in materialitatẽ r ifatigabilẽ ꝗtutẽ pcludit. ideo phũs i duodecio methaphisice cũ de separatis substancijs ratiocinaturus fuit suppõnibꝫ astrologicis dixit esse vtendum. Ex multiplici quoq; erraticarũ stellarũ motuũ varietate eccentricorũ orbiũ r epiciclorũ (rẽ q̃dẽ nimis arduã multisq; icredibilẽ) dispõnes mirifica dei sapiẽtia excogitatas Pictagoras Ptolemeꝰ pluresq; ãtiquorũ intellexerũt. Infallibilẽ etiã demõstrãdi modũ aliarũ quattuor mathematicarum hec sola cõprehẽdit. ibi cm̃ geometricis theorematibus non modo celorũ r stellarũ verũ etiam elementorum dimensiones comprehenduntur et mensurantur. motuum quoq; celestium norme arithmeticis numerorum rationibus cognoscuntur. tot etiam tamq; differentes celorũ cursus armonica musica ve proportionalitate cõnectũtur. sicut enim vocalis armonia consonantia est sonorum in acuto et graui vt in secũdo posterior dicitur: sic quoq; motuũ illorum coaptatio in veloci r tardo naturalis est armonia. Et ob hoc Pictagoras ex celorũ motibus sonos armonicos dixit gñari vt phũs refert i secũdo de celo q̃ etiã Boetius sentire visus est in primo sue musice libro ac si vbi mũdana est armonia ibi sonora deficere nõ possit. triplicem cm̃ musicam armoniã Pictagoras distinxit vocalem scz vnam. humanam aliam que debita est virium hominis admiscem proportio. vnde et animã nostrã ex numeris armonicis constare dixit vt habetur ex primo de anima: mũdanam tertiã partium scz vniuersi admiscem consonantiam atq; ob id rerũ omniũ essentias nũcorũ species putauit vt dr i primo methaphisice. Nõ desunt etiã perspectiue demonstrationes hanc scientiam condecorãtes. irradiationũ cm̃ et aspectuum stellarũ rõnes que in pmo quadriptiti ponunt magnitudinũ etiã astrorũ spissitudinũq; celorũ inuestigationes que in almagesto traduntur perspectiue sunt. cũ scz ex angulo visualis pyramidis quãtitate radijq; lõgitudie ad basis et distantie quantitatẽ arguit. Huius igit scie processus oim aliarũ modis certior est. vnde phũs i duodecio methaphisice astrologiã maximã mathematicarũ appellauit qõ scz omniũ aliarũ mathematicarũ pfectões hec sola cminẽter cõtineat. ¶ Hui insup tãte doctrine inuentores auctoresq; plures et celeberrimi fuere sed eorũ paucos memoratuq; digniores in medũ adducem. Refert cm̃ Josephus antiquitatũ libro pmo capto. 4. q̃ filij Set primi inuenerũt sciaz celestiũ r ornatus eorũ r capto octauo q̃ tpibus Hoc ꝓterea hoim vita per tot annos fuit plongata quia rebus vite mortalium acomodis et vtilibus inueniendis operam dabant astrologie scz et geometrie et capto. 16. q̃ Abraham inter chaldeos nutrit (q̃ mathẽaticas scias plãtauerũt) pmus tradidit sacerdotibꝫ egiptijs astrologiã r geometriam apꝰ egipcios ei sacerdotes ex publico erario salariati scientijs inueniẽdis vacabãt vt dr in pũo methaphisice. quorũ studio vigilijsq; hec scie mathematice iter egiptios florũerũt r ab eis ad grecos a grecisq; ad latinos r idos deuenerũt. Athlas etiã (cuius filie fingunt septẽ

Ex modo pcedendi.

Ex auctoribus astrologicis.

Sancti patriarche.

Sacerdotes egipcij.

Athlas.

UVA. BHSC. IyR_331

pleiades) astrolog⁹ fuit pitissim⁹ atq; ob hoc
ipm huēris celum sustinētē finxit antiquitas.
Hermes quoq; trimegistus q̄ ⁊ Mercuri⁹ di-
ctus ē magnā astroꝝ habuit pitiā hui⁹q; scie
nō qua monumēta reliqt. Sed Ptholeme⁹ fi
ladelphus clarissimus egypciorꝝ rex tm̄ super
alios astrologos caput extulit vt nō modo a-
strologiā late āpliauerit verūctiā oim p̄dece-
sorꝝ errata resecauit ⁊ veritates tā a se q̄ ab a
lijs reptas in summa collegit ita vt totā hanc
sciam de nouo cudisse ac peperisse videatur ⁊
iusto titulo astronomorum ducem parentemq;
fateri ipsum oporteat. Hic adeo oim bonarū
artium audus ardētissimusq; fuit amator: vt
ex omni natione que sub celo ē largissimis mu
neribus sapiētes ad se cōuocauerit in omniq;
sciendi gne doctus euaserit. ⁊ ingentē biblio-
tecā multa vsq; ad tēpora duraturā in egypto
confecerit. nec humanas tm̄ scias dignissim⁹
hic princeps curauit: sed etiā in sacra diuinq;
sapiētia (que tūc apud solos vigebat iudeos)
deo trahente voluit edoceri. vnde ad eius in-
stantiā septuaginta duo ex doctorib⁹ ebreoꝝ
vt Hieronimus refert bibliā ex ebreo in grecū
ydioma trāstulerūt ⁊ hec vsq; in hodiernū die
translatio septuagita interpretum dicit. Post
Ptholemeū Thebit. Alphraganus Almeon
Albategni ⁊ plures alij pitissimi antiq; i astro-
logia floruerunt. In nostra tū europa maxime
fuerūt astrologi. gloriosissim⁹ nāq; belli trium
phator Julius cesar romanorūq; impator sem
per augustus pspicacissim⁹ fuit astrolog⁹. vū
in cōmētarijs suis magnā orbis terrarū ptē a
strologica rōne describēs geographiā ēt se sa
pere mōstrat. Illustrissimus etiam hispanie et
romanorꝝ rex Alphons⁹ hui⁹ nois decim⁹ ⁊ si
in multis doctrinis fuerit pitissim⁹ astrologiā
tamen sibi dilectam p̄elegit famatissimasq;
celestium motuū tabulas miro quodā artifi-
cio cōposuit. In quibus ad totum tēpus post
vniuersale diluuiū oim stellarū cognitarū loca
et motus certa nūeri ratione tradidit. vū oēs
priores astrologos tabularios pcordauit cor
rexit et declarauit. ideoq; princeps tabularū
dr. Silr parisius Johānes de lignerijs ⁊ Jo-
hānes de saxonia. dūs Petr⁹ de aliaco famo
sissimi astrologi. In āglia ꝓ Joānes de sacro
busto/et q̄dā doctor āglicus cōpositor summe
āglicane. In germania āt Georgi⁹ purbachi⁹
et Johānes de mōte regio alijq; cōplures a-
strologi floruerūt. multaq; ⁊ egregia opa po-
steris reliq̄rūt. Gaudeat igit regia ⁊ ipialis a
strologia q̄ tāta iuētorꝝ auctorūq; suorū santi
tate maiestate ⁊ sublimitate p̄mēdat. ¶ Finis
quoq; h⁹ scie pi⁹/strenu⁹/ ⁊ dinus est p creatu
ras scz sensibiles ad dei cognitionē hoies ele
uare. Si em̄ ois hūana scia (vt apl's i assūpta
p̄ōne docet) p̄t hūc finē marie hoib⁹ ofert:
tāto certe magis oibus alijs in hoc iuuabit a
strologica speculatio quāto ex dignioribꝰ crea
turis nobisq; manifestoribꝰ dei pfectōes insi-
nuat. vū ⁊ pheta in psalmo octauo ex celorū
et stellarū ornatu deū admiratus ait Videbo
celos tuos opa digitorꝝ tuorꝝ lunā ⁊ stellas q̄
tu fundasti. et in psalmo. 18. Celi enarrāt glo-
riā dei ⁊ opa manuū eius ānūciat firmamētū.
quia ex tāti opis dignitate summā artificis sa
pientiā potentiā ⁊ bonitatē argumentabatur.
p̄t idē etiam in psalmo. 148. Laudate inquit
dm̄ sol ⁊ luna laudate eū oēs stelle et lumen.
laudate eū celi celorū. et Danielis. 3. dr bene-
dicite sol ⁊ luna dño benedicite stelle celi dño.
quia ex cognitione q̄ hoies de celis et astris
habent statim in laudem et benedictionē crea
toris assurgunt. et p̄ter hoc illa corpora deū
laudare et benedicere dicūtur. Si enim vt dici
tur in primo methaphisice propter admirari
de effectibus manifestis inceperunt homines
de causis occultis philosophari: planū est nul
lam sensibilium rerum tantum nos in admira-
tionem stupidos ducere quantum colorū stru-
cturam ornatissimāq; compagem. vnde phūs
ibidem exempla admirationū ex luminarium
eclipsibus ⁊ solis cōuersionib⁹ adducit. nulla
agiē res tm̄ in causarū iuestigationem ⁊ preci
pue cause efficientis nos concitabit promoue
bitq; quantum superiorum illarum lationum
intuitus. Ideoq; in hystoria beate katherine
alexandrine virginis et martyris fertur: q̄ dū
ipsa cum quinquaginta phis ydolatris disputa-
ret vnitatem veri dei concludere volens as-
picite inquit stellas celi et ornamentum earū
et cogitate qualis ⁊ quātus sit qui illas in sca
bellum sibi fecit. Aristoteles etiā in duodecio
methaphisice astrologiam p̄ecipuā sapientie
partem acceptauit. quia p̄cipuā dei ⁊ anglorꝝ
cognitionē phi ⁊ sapiētes ex astrologia sump
serūt. vū in scōo de celo magnū q̄d est de rebꝰ
celestib⁹ aliq̄d posse cognoscere etiā si debili ⁊
topica rōe id habeam⁹. Ptholeme⁹ itē i prio
quadriptiti cp'o. 3. vniuersalit inq̄t dicim⁹ ni-
chil eē in quo tm̄ lucrek aia sicut i hui⁹ scie co
gnitōe. p ipaz ⁊ em̄ ad humanarū diuinarūq;
rex notitiā pueniim⁹. Multas etiā alias hui⁹
scie vtilitates Ptholemeus oñdit. dicit em̄ in
q̄nto verbo cētiloquij. optim⁹ astrologus mul
tū malū phibere poterit q̄ scōm stellas ventu
rū est cū earū naturā p̄sciuerit. sic em̄ p̄muniet
eum cui malum futurū est vt cum venerit pos-
sit illud pari. Et in octauo verbo eiusdē aia sa
piēs ita adiuuabit opus stellarū quādmodū
seminator fortitudines naturales. q̄ licet nos
simpliciter actiones celestium corporū impedi
re nō valeam⁹: scōm quid tū hoc possum⁹ alit
scz ⁊ alter passum disponēdo. sicut etiam ignis
actionem combustibile remouendo aut hume
ctando impediremus. Unde cum aeris altera
tiones excessus ⁊ intemperies p̄recognouerit
astrologus multū saluti hoim prouidere pote
rit aut humana corpora cōtrarie disponendo
aut ea inde remouēdo. Cūq; puerorum abili-
tates aut naturales passiōes ipetusq; sciuerit
talibus cibis aut regionibus vel inter tales
gētes aut talib⁹ deniq; mor⁹ ipsos educabit

Hermes
Ptholeme⁹
Thebit
Alfragan⁹
Almeon
Albategni
Juli⁹ cesar
Alphōsus rex.
Johannes de lineris.
Johannes de saxonia.
Johannes de sacro busto.
Georgius purbachi⁹
Johannes de monte regio.
Ex finis strenuitate

UVA. BHSC. IyR_331

vt bonũ adaugeatur et maius fiat malum vero temperetur ⁊ diminuatur. quēadmodũ agricole in seminũ proiectionibus arborũq; plantationibus impedimenta nociuarum radicum aut herbarum tollũt fimũq; et terram bonam virtutem seminalem coadiuuantia propinant et apponũt. ¶ Hec tamen qui diuinam astrologiam tot tantisq; laudibus efferre conor de terminationi cuidam alme facultatis theologie doctorum Parisiēsium super quibusdam mathematicis libris nuper edite ificior. Cum enim sacra doctrina aliarum omniũ scientiarũ domina et gubernatrix sit iuxta illud Prouerbiorũ nono: misit ancillas suas vt vocarent ad arcem ⁊ ad menia ciuitatis. et in p̄mo methaphisice dicit q̄ sapientia dea sciētiarũ est: eius profecto erit si quid falsum erroneũ ad dei vcultum inutile in alijs sciētijs appareat id funditus euellere stirpare ⁊ dāpnare. vñ apostol⁹ secūdo ad cor. x. consilia inquit destruentes et omnē altitudinē extollentē se aduersus scientiam dei. et phūs in p̄mo elenchorũ dicit q̄ sapientis est non mentiri et mentientē manifestare: summa autē sciētia sapiētia dicitur in p̄mo methaphisice. ad eandem etiā doctrinā pertinebit aliarũ sciētiarũ veritates declarare corroborare et defendere. dicitur enim primo ad cor. 2. spiritualis homo iudicat oia et ipse a neminē iudicat et hic vere est theologus: de quo etiā phūs in primo methaphisice: sapiētis inquit est omnia scire et de oibus iudicare. idco predicti doctores ⁊ veritatis catholice zelatores volentes tam dñam q̄ eius ancillas omni falsitate purgatas immunesq; custodire: falsarios quosdā scriptores et veritatis corruptores (qui castissimā astrologiam cū scenicis meretriculis niti sunt collocare eāq; apud dñam suam de magno superstitionis crimine falsa q̄dam immiscentes diffamare tentarunt) a generosissima astrologorum scola perpetuo eijciēdos et dāpnandos iāq; dampnatos pronūciarunt. de quorum numero sunt fere omnes qui circa futurorũ iudicia temere scripserũt. Hos etiā multis iam ante seculis verissimus astrologorum Ptholemeus i primo quadripartiti capto secūdo dampnauerat dicens. sunt q̄plurimi qui vt multa lucri facerent alterius falsedoctrine pronosticationem habentes eā huic ascripsere scientie a quibus multi decepti ad hāc impellebantur opinionē vt in huius scientie regula multa predicerent ita vt in opinando eius nature modum excederent. quapropter hoc eorum opus multorum fuit occasio vt nō solum q̄ ex ea nesciri potest verūctiā quod scibile est vilipenderent. nos autē inquit sciētiam hanc nequaq; explicabilem prout ratio phisica postulat explanabimus. Unde preter quorũdā (ipsam determinationē egre ferēciũ) astrologorum sententiam prefatos doctores theologos de republica astrologica bene meritos fateor: Ptholemeusq; si hodie superuiueret magnas gratias eis haberet ymo agere et referret qui liberalissimā hanc suā prolē de barbarorũ seruitute liberarũt. Hec minus laudabiliter aut meritorie eos egisse crediderim q̄ nobiles machabeos cū templũ domini infidelium et tyrannorum expurcicijs mūdari fecerunt vt habetur secūdi machabeorum. 10. Vestigiaq; christi domini eos dicā sequutos qui vendentes et emētes donũ dei coinquinātes a tēplo reiecit vt dicitur Mathei. 21. Sic igitur nostris diebus expletum est quod in parabola christus dixerat Luce. 11. cū scz fortes armati a sacratissima theologie arce i atrium astrologie descenderũt et tyrannos illud iniuste possidentes extruserunt spoliaq; eorũ id est libros suos igni luto ⁊ alijs diuiserũt. ¶ Sed astrologie vt Ptholemeus dicit in principio quadriptiti due p̄cipue sunt partes altera omnino speculatiua que celorum et astrorũ dispositiones quātitates et motus ceteraq; illorum accidētia inquirit. altera velut practica que p eorũ virtues et influentias hinus elemētaris regiones immutationes ceterosq; effectus cōsequentes iudicat et predicit. prima demōstratiue et mathematice p̄cedit dicituq; Isidoro teste astronomia. secūda phisica probabiliter contingēterq; inducit cuius iudicia vt Ptholemeus dicit in primo verbo cētiloquij media sunt inter necessariũ ⁊ possibile et sic quādoq; deficiunt vt dicitur primi quadriptiti capto. 3. et hec secūdũ Isidorũ proprie est astrologia. Prima pars elegantissime traditur a Ptholemeo in almagesto vbi processu mirabili res multis incogitabiles et que humanā videntur trāscendere facultatem circa celestem machinam rimatus est. et propter hoc liber ille almagestum id est opus diuinũ dictũ est. Hec autē astronomia duplex est: quedā demonstratiua que proprie dicitur theorica: alia tabularis que est computatiua. cui etiam annectitur et compotus ecclesie et scientia instrumentorũ astrologie: que sunt astrolabium/ quadrans: armilla/ chilindrũ/ regule Ptholemei/ ⁊ sphera solida. Et sic oēs tractatus aliorũ doctorũ qui post Ptholemeũ in hac parte scripserunt scz theorice planetarũ Gerardi cremonēsis et Georgij purbachi: tabule Alphonsi: oīmq; aliorũ. liber Albategni de motu syderũ. liber Thebit de ymagine mundi. Alphraganus de aggregationibus stellarũ. tractatus sphere ⁊ astrolabij Johannis de sacro busto. similiter et tractatus quadrātis aliorũq; instrumētorũ: et quotquot alij tractatus sunt: ex almagesto Ptholemei excerpti sunt: ipmq; diuinũ librũ declarant mēbratimq; explicant. Huic etiam astronomie supponit geographia aut cosmographia. in qua licet Macrobius Strabo/ et multi alij scripserint: artificiosius tamē ⁊ planius omnibus alijs eā nobis tradidit Ptholemeus vt his qui celeberrimũ eius librũ de situ orbis viderunt pspicuum est. Secundam huius scie ptem scz astrologiam idē tradidit Ptholemeus in libro quatuor tractatuum qui

Theologorũ determinatio astrologie fauet

Astrologie diuisio.

Astronoia

Astrologia

UVA. BHSC. IyR_331

dicitur quadriptitū. in quo experimētis multis influentias virtutes et actiones stellarū in subiectis hijs corporibus phauit. et futuroꝝ quorūdam effectuū pnosticationes per hāc sciam hoibus esse possibiles ostendit ⁊ vsq̃ ad quātū talis scietia se extēdere possit. quis ve fructus ex ea sequatur declarauit. naturasq̃ et proprietates signoꝝ stellarū fixarū et planetarū et plagas terre habitabilis eis subiectas distinxit et determinauit. ⁊ futuroꝝ accidentiū que in aere et in corporibus hominū propter actiones stellarū cōtingunt cognoscendoꝝ modū tradidit. ⁊ huic libro centiloquiū tractatū fructus astrologie continentē adnexuit. Hanc tamē astrologiā multi vt dictū est plura falsa imiscentes late ampliarūt. nā Albumazar. Haly abenragel: Guydo bonati/Abraham auenezre et multi alij hāc in quattuor distribuūt partes. ita vt prima sit de interrogationibus. p quā cuius lz de rebus humanis pposite q̃stionis etiā de hominū cogitationibus nodū se soluere putāt. Secūda pars de hominū natiuitatibus per quā multa particularia nec per causas naturales (vt credo) cognoscibilia se pronosticari dicūt. cum tamen astrologus vt dicitur in pmo centiloquij res tātum in vniuersali iudicare debeat. Tertia pars est de reuolutionibus ānoꝝ et induratione mūdi ⁊ in vita hominū. et huic parti supponit liber de magnis conūctionibus Albumazar et summa anglicana et plures alij libri. Quarta pars est de horarū et dierum electionibus ad diuersa opera inchoanda. huicq̃ parti supponitur doctrina superstitiosa ymaginū et sigilloꝝ. qui ad infirmitates aut sanandas aut introducendas. ad passiones hominū aut excitandas aut cohibendas/ad multaq̃ alia bona et mala operanda certis temporibus in methallo aliquo vel in cera argilla aut certa specie gumny sculpūtur et imprimūtur. Sed Ptholemeus qui vt diximus astrologie verus fuit dictator iudiciarie partis duo tantū posuit membra que ex principijs physicis et astronomicis haberi possunt hec tamē non sic lata nec ad tot particularia descendētia sicut predicti diuinatores tradidit. Primū mēbrum vel pars est de temporū immutationibus et vicissitudinibus que tū ex diuersis planetarū aliarūq̃ stellarum naturis motibus et aspectibus: tū ex luminarū eclipsibus in aere nos ambiente contingunt. quibusq̃ nunc ad excessum caloris frigiditatis humoris aut siccitatis nūc autē ad temperiē aer ipse et in eo cōtenta vegetabilia animaliaq̃ alterātur. et hāc tradit in secūdo quadriptiti. Altera vero pars est scientia eoꝝ que humanis corporibus ex stellarū virtutibus/figuris et dispositionibus in horis geniture et natiuitatis accidunt. vt puta hominū cōplexiones/figure/stature/ passionesq̃ insurgētes et actus illas consequētes que omnia ex aeris dispositione in eisdē horis aliquo mō sciri possunt. et hāc docet in tertio et quarto quadriptiti

Falsorū astrologorū licia.

Ptholemei iudicia.

Alia aūt oia iudicia ab alijs addita nō astrologica sed magica aut diuinatoria cēsenda sunt.

¶ Sed propter huius tante doctrine arduitatem quam diximus multe dispositiones preuie in discipulo ad ipsam aspirante requiruntur. nō enim sufficit intellectus nostri acies difficilia statim attingere nisi per quedā sibi notiora introducatur vt dicitur i septimo methaphisice. ideo multi introductorios tractatus ad primā huius scietie partē alij ad secūdā cōposuere. Ceteris tū breuior facilior ⁊ vtilior tractatus de sphera mundi quem Johannes de sacro busto edidit vulgatissimus in omnibusq̃ generalib? studijs coūissimus habetur. Cū enim in tota astrologia de celis eorūq̃ motib? magna fiat speculatio: nos autē neq̃ gradus eoꝝ neq̃ circulos in eis ymaginabiles visu cernere eoq̃ ad libitum reuoluere possimus: non mō preterita aut futura sed nec psentia omnia que i celis fiunt homo videre sufficit nunc alibi dies est alibi noꝝ. vni sol aut stella hec oritur alteri occidit: nec omnibus messe locis quis simul potest: aliquibus sphera se demonstrat rectam aliquibus obliquā et hoc multipharie: opus igitur fuit artificialē aliquā sphera instar celestis illius conficere q̃ ad votum mouere et modo rectam modo obliquā diuersimode statuere valeam?. ¶qua veluti exēplo eaq̃ in naturali et celesti sphera agūtur cōprehendamus. Ideo tractatus iste (qui cōpōnem vsumq̃ talis instrumenti et per ipsum de totius mūdi forma ratiocinari nos docet) maxime vtilis censendus est. eius tamē laudes vtilitatesq̃ permulte cum auctoris prohemiū deo duce exposuerim? aperientur. Subiectū igitur scietie hui? tractatus est vniuersum id est mūdus corporalis. Et supponitur scietie almagesti que dicitur astronomia imo est introductorius ad ipsam sicut alchabicius ad astrologiā in quadriptito et cētiloquio traditā. Titulus autē huius tractatus erit iste. Incipit tractatus de sphera mūdi ad sideream scientiā introductorius quē Johannes de sacro busto ex libris Ptholemei Alphragani Thebit Albategni aliorūq̃ excerpsit. Ubi tres eius cause materialis scz efficiēs et finalis aperte explicātur. cā autem formalis in textu prohemiali abunde manifestatur. Ceterum omnes astrologice pfessionis scolasticos (non quidē imperitos/aut inuidos mordacesq̃ canes: sed quos aliorum vigilias et studia videre oblectat/ eaue equo suscipiunt animo) exoratos velim: vt si quid in hac nostri commentarij editione minus exacte minus culte minusq̃ bene dictum putauerint: id pie aut interpretentur aut supleant. sinautem in philosophie scola veritatis theorie partem aliquā opera nostra immisisse videamur: eam in cōem vtilitatem (qui precipuus nostri laboris extitit finis) pro viribus benigne laudent promulgent ⁊ disseminēt. sic enim vt in secūdo methaphisice tradit philosophus scientiarū facta sunt incrementa.

De huius tractatus necessitate

UVA. BHSC. IyR_331

¶ Johannis de sacro busto sphere mundi opusculum. vna cum additionibus per opportune interlertis. ac familiarissima textus expositione Petri. L. D. felici sidere inchoat.

Prohemium auctoris.

Propositio dicendorum

Dixit Johannes. tractatū de Sphera mundi quatuor capitulis distinguimus. Dicturi primo (quorundam terminorum expositione premissa) de forma mundi. In secundo de decem circulis ex quibus sphera materialis componitur et illa supercelestis quam per istam ymaginamur componi intelligitur. In tercio de ortu ⁊ occasu signorum. de diuersitate dierum et noctium. de hiis que accidunt habitantibus in diuersis locis terre. et de diuisione climatum. In quarto de circulis eccentricis et epiciclis planetarum. de ꝓpriis motib⁹ tam eorum ꝯ octaue sphere ac etiam none. et de causis eclipsium planetarum. Glosa.

UVA. BHSC. IyR_331

Prohemium

¶ Iste est tractatus de sphera mūdi quē magister Johannes de sacro busto ex libris ptholemei Thebit. alphragani et aliorum recollegit. Cui etiam textuales additiones vbi opus fuit adiecimus. omnia tñ sub eiusdem auctoris nomine propter eius antiquitatē dicta volumus. Huic aūt opusculo sicut moris est prohemium auctor pmittit. in quo breui argumēto pcipua huius doctrine puncta pstringit. Vt em̄ docet phūs tertio rethoricorum oportet locū facere in aio future orationi. Et hoc ideo quia cū homo ab ineunte etate a principioq̄ sue natiuitatis sit oino ignorās et quasi tabula i qua nichil scriptum est possibilis tñ depingi: sciencia aūt in nobis naturaliter nō fiat nisi ex q̄busdā precognitis: indiget semp animus discipuli in aliqua doctrina erudiendi quibusdā rerum precognitionibus excoli parari et disponi quatenus ignorantie nebule impediētes excutiātur. Hic factum esse credibile est vt auctores librorum quā vsitatissimū habeant operibus suis prohemia seu preludia quedā premittere: quo locum in animis auditor struere future orationi in doctrina tradēda facile possint. ¶ Sed qr homo liberū agens est cuius in agēdo principia sunt intellectus dirigens per cognitionem et appetitus mouēs per amorē: nō solum igit̄ sat est animū eius quo ad intellectū pro sciētie susceptōe disponi: verū opus est appetitui (qui ad sciēciā prosequendā moueat) dispositionem aliqualem inducere. In quolibet igit̄ prohemio tria primarime notari debent. Primū est eius scie quam pollicetur dignitas aut vtilitas q̄ attrahat voluntatem auditoris per amorē. voluntas enim que bona digna ⁊ vtilia respicit est primū mouens oēs animi vires ad suas opationes. Secundū est dicendor ordo libriq̄ diuisio que intellectū disponant primāq̄ ignorantiā abiciāt per quandā preuiā ⁊ cōmunē rei cognitionem. Tertiū est materie disgerēde difficultas que de fidiē propellat ⁊ vigiliā excitet p attentionem. ¶ Qia aūt hec diligētissime auctor iste considerans more boni preceptoris i suo phemio prio auditores attrahit allicit beniuolētiāq̄ ab eis captat ex huius scientie dignitate ⁊ vtilitate cū inquit tractatū de sphera mūdi. Nobilitas em̄ sciencie cuiuspiā ex obiecti seu materie pfectōe et eminentia modoq̄ procedendi optimo potissimū teste Aristotele attendit. Constat aūt huius sensibilis mundi machinā (de qua presens se offert speculatio. quā etiam vt augustinus ait deus ad maiestatis: sapientie: et potētie sue manifestationem condidit) perfectissimā et excellentissimā esse. dicitur em̄ genesis primo vidit deus cuncta que fecerat et erāt valde bona q̄ exponens Aug⁹ in enche dicit bona sunt singula q̄ deus fecit sed simul vniuersa valde bona. qr ex oibus consistit vniuersitatis admirabilis pulcritudo hec ille. si em̄ vna queque dei creatura in se perfecta est quanto magis vniuersum oim creaturarū pfectiones includēs vt Aristoteles arguit primo celi. Modus etiam procedēdi huius doctrine egregius est nunc phicus causas ex effectibus signisq̄ cōcludens. nūc mathematicus p causas effectus demonstrans. vtriusq̄ sciencie floribus adornatus in quo tā phice q̄ mathematice pericie gloria reperit. Ideo Aristoteles in scō phisicor astrologiā mediā phice et mathēatice ponit. Vtilitas quoq̄ nō parua ex huius tractatus doctrina illo verbo hoibus insinuatur. Confert eni primo ⁊ valde cuiq̄ accomodū est qualiter huius mundi machina (qua ipse tegitur continetur ⁊ in qua assidue vitam degit) structa sit p nosse ⁊ hoc ipsum ei iocundissimū est vt pote tanti domicilij fabricā ordinē pfectionesq̄ non ignorare. Decet insuper phiam Aristotelis ptractātes eiusq̄ latebras rimari conantes numerū ordinē sytū ⁊ motus elemētorū celestiūq̄ corporū (de quibus ⁊ multis alijs latissima ⁊ q̄ facillima est hic determinatio) hac doctrina duce pscrutari. Medicos etiā (teste ypocrate) astrologos esse cōuenit cuius scie hec pa ianua est. Valde preterea opus est sacre doctrine pfessoris singulas vniuersi partes quas sepius diuini codices cōmemorāt indagasse alioqui in plerisq̄ sacre litterature passibus cespitarēt. ¶ Scō auctor efficit auditores dociles ex opis sui diuisione breuitate et modi pcedēdi facilitate subnectēs quattuor capitis distinguim⁹. planū q̄dē est opis breuitatem facile pcedēdi modū debitūq̄ doctrine ordinē mirū immodū adolescentum ingenia (quo melius ⁊ facilior doctrinā capessant) abilitare. que eni plixe ⁊ ordinate min⁹ dicta sunt tardior et dificilius capiūt hoies premittit igit̄ operis distinctionē facilem quidē ⁊ breuē (quattuor ei dūtaxat capita cōplectitur) ordinēq̄ dicendor apposuit. qui eni lectionem suam bene diuidit et ordinat generalē rei noticiā ante oia ingerit ignorantiā negatiōis a discipulis pellit ⁊ modum adiscendi nobis in natum insitum congeneūq̄ prosequitur: quo et p sensum ⁊ per intellectum res prius confuse apprehendimus postea vero earū determinamus vnāquāq̄ vt in prohemio phicor dictat Aristoteles. Alacen quoq̄ in libro de aspectibus ait q̄ totius rei visibilis comprehensio primo fit per piramidem radiosam sed visionis certificatio fit p arē sup singula pūcta visibilis trāsportatā. ¶ Tertio auctor incitat discipulos ad attentionē per totum residuū plogi multa pulchra sed subtilia ⁊ difficilia ponēs que se enodaturū pollicetur. Excitat quidē duo genera hoim primo valde ingenosos et solertes quibus ope precū est difficilia et oibus frequēter abdita vsq̄ ad ininima scrutari: res aūt faciles ⁊ fere cōes floccipēdere. Scō excitat desides ⁊ tardos vt oi adhibita diligentia et labore studeant huius opis lectōi vacare. secus aūt (cū hec aliō tulū sint difficilia) parū cōmodi reportarent. De vniuersi ei compage celorum et elementor numero natura figura ordine deq̄ eor motibus et quantitatibus (que omnia primū capitulū absoluit (magna fuit et est apud philosophos ambiguitas et in qua alij alijs valde dissentiunt. Quidam namq̄ vnum tantum posuerunt corporeum elementū alij vero plura. ⁊ horū quidam numerū certū alij aūt infinitū numerū dixerūt elemētor

De phemii necessitate et quoq̄ opere.

Aristoteles

Que et quot requiruntur in phemio.

1m

2m

3m

De huius scie nobilitate.

aristoteles

augustinus

genesis p.

augustinus

aristoteles. p. celi.

aristoteles. 2o. phisicor

De vtilitatib⁹ huius tractatus.

ianuam medicine astrologiam esse. teste ipocrate

(vtilitas cō) ad teologiā

aristoteles. in phemio phisicor.

alacen in libro de aspectib⁹

Difficultates primi capituli.

diuerse diuersorum opiniones

UVA. BHSC. IyR_331

alia opinio

alia opinio

alia opinio

alia opinio

alia opinio

alia opinio

Aristoteles et auicenna in libris metheoron et de celo

Difficultates secūdi capituli.

Aristoteles 2.° methaphisice

Difficultates tercij.

Difficultates quarti capituli.

opinio aristotelis de temporate mundi

Aristoteles 12.° methaphisice

alia opinio

alia opinio

alia opinio

alia opinio

alia opinio

Item q̃dã elemẽtaria ⁊ celestia corpora eiusdẽ nature existimauerũt alij vero diuersa. Adhuc q̃dã elemẽtis attribuebãt figuras cõmicas id ẽ angulares cubicã videlz octocedrã ecocedrã ⁊ pyramidalẽ: alij aũt figuras agonas. i. circulares eis circũscribũt. Preterea fuerũt q̃ ignẽ in medio. i. i cẽtro mũdi collocarũt terrã aũt supra ignẽ ⁊ circa ipm motã. et nõ mõ vnã verũ duplicẽ posuerũt terrã alij aũt vnicã ⁊ i cẽtro oiz sitã eã dicũt. Et hoc alii motã alii imotã ipsam ponũt cãm tñ q̃ctis eius nõ eodẽmõ oẽs assignãt. Insup q̃dã totã celestẽ regionẽ vnũ ⁊ continuũ putãt esse corpus alij aũt pla ⁊ ptinua corpora. sed de eorũ nũero ⁊ ordine multiplex fuit opinio hij nẽpe octo tãtũ putarũt celestes spheras alij nouẽ alij vero decẽ. Et quidã solem in secdo celo posuerunt alij in quarto celo ipm collocant. Vbi autẽ tanta doctorũ opinionũq; diuersitas est materie difficultas insinuatur. Has tñ oẽs phõrũ diuersitates plerasq; alias (quas Aristoteles eiusq; cõmentator in libris de celo et in libris metheororũ recitãt) auctor iste in hoc pmo capo valde rationabiliter et paucis absoluet euacuabitq;. ¶ Circuli quoq; in celesti sphera ymaginabiles eorũ officia nomina et cuiusq; eorum in portiones suas diuisio atq; zonarum celi ⁊ terre p circulos ptitio (de qbus in secundo huius capitulo est sermo) multis p difficiles apparent eosq; ymaginari ex fantasie debilitate mime valet. Non em oim est acribologia mathematica vt dicit in secundo methaphisice. ¶ Plerisq; insup ea de quibus in tertio capitulo agit (ortus vz ⁊ occasus signorũ ⁊ stellarum in orizõte. dierũ ⁊ noctiũ ⁊ naturaliũ ⁊ artificialiũ cremẽta decremẽtaq;. diuersitates singulis habitationibus ex sole stellis ⁊ tpibus accidẽtes Et diuisionem terre habitabilis p climata siue regiones suas (cognitu difficilima putant nec ab aliquo nisi pspicacissimo plene capi posse arbitrãtur. ¶ Circa orbes vero eccẽtricos ⁊ epiciclos motusq; planetarũ ⁊ octaue sphere (que capite quarto ymaginari vocẽtur) graues accidunt pplexitates. Quidam enim et quidem p celebres viri hos orbes impossibiles iudicarũt putantes has esse falsas astrologorũ fictiones nature impossibiles. quietiã tpe Aristotelis putabat horũ positio circulorũ vana vt pz ex duodecimo methaphisice. Alij vero ⁊ si hos orbes concedant non tñ oẽs in eodem numero figura et situ eorum conueniunt. Non desunt etiam qui motus proprios planetarum ⁊ octaue sphere ab occidente versus orientem negauerint sz dicunt illos motus non esse nisi quasdam planetarum a primo mobili retardatões. Alij autem hos motus ponunt sed horum quidam plures quidam pauciores motus eidẽ stelle attribuũt In octaua demq; sphera sunt qui vnicũ dicunt esse motũ: sunt ⁊ qui duos tãtum alij vero tres motus eidem assignant. De causis demũ eclipsium difficile est ptractare quas nõnulli ex alicuius corporis interpositione alij vero ex terre motione contingere dicunt. Qui oia (cum insequentibus de singulis specialem fecerimus mẽtionem) clarius intueri licebit.

¶ Capitulum primum de forma mũdi. habet tres partes. prima quosdam terminos proposito necessarias exponit.

Diffinitio sphere

Sphera (vt geometre aiunt) est corpus rotunditate perfectum. Cuius oẽs dyametri sunt equales vt globus ligneus ferreus vel lapideus. Hec aũt duplex est altera solida que proprie sphera dicitur altera concaua que orbis proprie appellatur

Diuisio eiusdem

Sphera igitur proprie dicta ab Euclide sic describitur. Sphera est transitus circunferentie dimidii circuli que (fixa dyametro) quousq; ad locũ suũ redeat circunducitur id est sphera est tale solidum rotundum quod describitur a semicirculo super dyametro fixa circunducto. Sphera etiam a Theodosio sic describitur. Sphera est solidum quoddam vnica superficie cõtentũ i cuius medio punctus est a quo omnes linee ducte ad circũferentiam sunt equales.

Prima diffinitio sphere i specialis

magis diuinitatis

Secunda diffinitio.

Orbis autem est sphera que duabus terminatur superficiebus conuexa sz exteriore et concaua interiore. Hee due superficies concentrice fuerint: erit ipse orbis vniformis ⁊ eque spissitudinis circũ circa. Si autem earum duo centra extiterint: orbis difformis erit corpulẽtie et in parte grossior in parte vero gracilior.

Diffinitio orbis.

Eius diuisio

Centrum sphere dicitur pũctus in medio eius a quo omnes linee ad circunferentiã ducte sũt equales. Linea vero recta transiens per centrũ sphere applicans extremitates suas ad circũferentiam ex vtraq; parte (cum circa eã sphera reuoluitur axis sphere dicitur Duo quidem puncta axem terminãtia dicũtur poli sphere. Vniuersa quidem huius mũdi corporei machina vnica superficie cõuexa videlz supremi celi continetur. in cuius medio)q; terra est centrum est lignabile. atq; ab extremo ad extremum vniuersi p centrum secundum reuolutionem celi axis est producibilis. cuius duo extrema puncta dicuntur poli mundi. quorum vnus nobis sublimis semper iuxta stellã maris seu minorẽ vsam fixus est. Merito itaq; mũdus iste (licet plurimum corporum compositione sit aggregatus) sphera nũcupatur.

Quid centrum

Quid axis

Quid poli

Quod mũdus sphera sit.

UVA. BHSC. IyR_331

Capitulum primum

¶ Istud est primũ capitulũ huius tractatus in quo actor determiat de forma mũdi hoc ē qualiter vniuersi machina structa sit siue quot q̃b et qualibus ptibus ptineatur. Habet tres ptes prima est quozundã terminoz expositiua seu declaratiua. Scõa que incipit ibi vniuersalis aũt ostẽdit qualis sit forma mũdi solum ponẽdo. Tercia pars que icipit ibi qõ autẽ celũ voluat probat singulati oia que in scõa pte ponũtur.

¶ Circa hanc diuisionẽ est aduertendũ q̃ scõz Aristotelẽ in posterioribz z quarto methaphisice pmũ cuiuslibet ordinate doctrine pncipiũ est quid est qõ dicit hoc est terminoz diffinitiões p̃ scire. Nam quale q̃d est vnũ quodq̃ scire non precognoscẽtes quid est impossibile est loq̃ndo de q̃d nois nõ rei nã tale sequit questionẽ an est vt pz in secũdo posterioz. Cõueniẽter igit premittũt q̃d nois quozũdã vocabuloz huic negocio ptinentiũ. ¶ Prima pars adhuc diuiditur in duas pticulas pria ponit dictoz terminorũ diffinitiões. Secũda applicat oia illa ad mundũ sensibilẽ ibi vniuersa quidẽ. Prima pticula iterũ diuiditur i quattuoz scõz q̃ ponũtur quattuoz terminoz diffinitiones qui sunt hij sphera. centrũ. axis. et polus. Secũda ibi centrũ sphere. Tertia ibi linea vero. Quarta ibi duo q̃dẽ. In expositione aũt primi termini sic pcedit primo ponit eius diffinitionẽ. Secũdo diuisionem ibi hec aũt. Tertio mẽbroz diffinitões ibi sphera igit. ¶ Diffinitio ergo quid nois sphere in cõi que prio ponit sic ē intelligẽda. q̃ hoc nomen sphera apud geometras (qui principaliter de magnitudinib z corporib intẽdunt) significat corpus oino z pfecte rotundũ cuius omnes dimẽsiones (que mẽsurãtur p dyametros) videlicet longitudo latitudo z pfunditas sunt equales. Propter primũ excludunt corpora superficierũ planarũ que nõ dicunt sphere. propter secundũ abiciuntur quedã rotũdozũ corporũ scz irregularia vt sunt corpora oualia z lẽticularia et alia huiusmodi q̃ etiam nõ dicuntur sphere.

¶ Notandũ q̃ cũ sole tres sint oẽs dimẽsiões de qualibet earũ p vnũ dyametrũ certificamur eãq̃ sua dyametro mẽsuram. tãta em̃ erit dimẽsio longitudinis quãta est diameter secũdũ longitudinẽ protracta et sic de alijs. Quare corp̃ sic diffinit a quibusdã q̃ est magnitudo que p̃ otribus dyametris sese ad angulos rectos intersecãtibus mẽsurari. ab alijs ꝓo diffinit sic q̃ est magnitudo in qua sunt ptrahibiles tres dyametri sese ad angulos rectos intersecantes. si igitur alicui corporis oẽs dyametri sunt equales: et oẽs dimẽsiones erunt silr equales. et tale corpus erit tã longũ q̃ latũ aut profundũ et hoc est sphera. Unde p hoc quod dicit in diffinitione sphere cui oẽs dyametri sunt equales intelligit etiã q̃ oẽs eius dimẽsiones sunt equales vt pz de globo ligneo quem artifices torno subtiliter fabricãt. ¶ Textus. Hec aũt. Ponit diuisionẽ sphere dicẽs q̃ duplices sunt sphere quedã solide idest plene proprijs dimẽsionibus (vt qũ sphera est lignea z tota plena dimẽsionibus ligneis) z hec prie z stricte dicũt sphere. Alie sunt concauc sphere idest non oino plene eisdem dimensionibus vt si sphera esset lignea intra se aerẽ vel aliquod aliud corpus cõtinẽs. et hee prio noie dicunt orbes cõi vero noie dicunt sphere. Diuisio ergo sphere est q̃ sphera diuidit in sphera z orbẽ. ad instar diuisionis prij in primo thopicoz cũ prium diuidit in prium z diffinitionẽ. Cum em̃ aliqua species est innoiata sortitur nomen gẽris. Hoc etiã modo dispositio diuidit in dispõem z habitũ in p̃dicamentis. Et casus diuidit in casum z fortunã secũdo phisicoz. et res publica diuidit in regnũ optimoz gubernationẽ et rẽ publicã. populari tatẽ paucoz potentiã tirãnidẽ z alias reipublice spẽs in tertio politicoz. Utrũ aũt dicta sphere diuisio sit gẽris in spẽs vel alterius modi logicum nõ mathematicũ est negociũ. ¶ Text. Sphera igit. Subiũgit mẽbroz descriptões et prio sphere prie dicte secũdo orbis ibi. orbis aũt. Sphere aũt p̃it duas descriptiones prio vnã sumptã ab Euclyde megarensi in vndecio sue geometrie vbi tractatũ de corporib aggreditur. Que diffinitio aut descriptio sic dz intelligi. Sphera ymaginabiliter cõficit ex motu circulari cuiusdã semicirculi super dyametro fixa reuoluti quousq̃ redeat precise ad locũ vñ mouere cepit. Et sic pz q̃ ista propõ sphera est trãsitus nõ est quiditatiua aut formalis sed causalis. est em̃ sensus q̃ sphera ex transitu semicirculi ymaginario causatur ideo subiungit in textu id est spera est tale solidum rotundum ꝛc. Et capitur hic dyametro pro vt est abltũs illius notũ dyametrus qui est generis feminini p mutationẽ terminationis grece de os in us iuxta regulã Alexãdri Os grecũ mutabis in us mulibre nõ aũt prout ē ablatiũ illi noiatiui diameter.

¶ Pro huiũ descriptiõis plenore itelligentia notandũ est primo q̃ figurarũ quedam sunt plane aut superficiales ille videlz que linea mentis quibusdã in superficie aliqua describũt claudunt z terminãtur vt triãgulus quadrangulus et circulus. Alie sunt figure solide siue corporee que scz superficie vel superficiebus terminãtur vt pyramis cub z sphera. sicut aũt se hz circulus in planis ita z sphera in solidis vt dr̃ in secũdo celi ille em̃ vnica linea terminat hec vero sola vna superficie ptinet. z sicut circul lineis rectis in ptes diuidit sic z sphera superficiebz planis vel rectis secat. linea em̃ recta ab extremo ad extremũ circuli ducta eũ in duas ptes diuidit q̃ si p centrũ transierit diameter circuli dr̃ eũ q̃ in duas ptes secat equales. q̃ duo semicirculi aut duo dimidij circuli dicunt. si aũt extra centrum dicta linea ptracta fuerit corda dicit z in portiões inequales maiorem scz z semicirculo minorẽ circulũ diuidit. illaq̃ portio maior erit i qua centrũ circuli remãserit reliqua ꝓo minor. Itidem z superficie recta ymaginabilit p sphere cõpulentiã ducta circulus sphere sector dicit qui si p centrũ transierit circulus maior appellat sphera q̃ in duo equa (que duo hemispheria dicunt) ptitur. si vero extra centrũ fuerit circulus minor dicit et sphera in portiones inequales diuidit. ¶ Sciẽdũ secũdo q̃ in figuris planis linea vl lince aliquã figurã terminãtes dicũt peripheria pimeter vel circũferẽtia illius figure. superficies vero tali pimetro inclusa z ter-

diuisio tractatus

aristoteles in posterio. et 4o metha phisice

aristoteles

diuisio i. pris

subdiuisio eius

expositio diffinitionis sphere

Nõ sunt nisi tres dimẽsiones.

quedam diffinitio poetis.

alia diffinitio

diuisio sphere

1m mẽbrum

2m.

eadem diuisio q̃ alius terminus ad similitudinem diuisionis proprii. i. thopicoz

alia similis

alia similis

Recusat tractatz istam ẽssem quia logica.

diffinit membra diuisionis sphere

euclides 11o geometrie

exp diffinitionis



Regula alexandri

Quod vniformiter diuidũtur circul z sphera.





Quid ē circũferẽtia dimidij circuli.



UVA. BHSC. IyR_331

minata area dr. ideo in circulo linea illa curua terminās areā dr circūferētia vel ꝑimeter circuli. quelibet aūt talis linee portio arcus noiak et si illa portio fuerit medietas eiꝰ dr arcus semicirculi aut circūferentiā dimidij circuli. si vero fuerit portio maior illius linee curue dicitur arcus maioris portionis. si aūt minor: arcus minoris portionis circuli dicit. ¶ Aducertēdū tertio ꝙ ꝛ si phūs in sexto phisicorꝝ satis bene demōstret nullū ꝓtinuū ex indiuisibilibus posse cōstare: mathematici tñ ex alicuiꝰ idiuisibilis fluxu motu ꝛ ductu ꝓtinuū ymaginarie describūt. vñ ex fluxu pūcti lineā ex ductu aūt linee supficiē ꝛ ex trāsitu supficiei corpus describūt ꝛ ꝓstituūt vt pz in scōo ꝛ vndecimo geometrie Euclydis i multis ꝓbōnibꝰ. quare euclydes ibidē ex trāsitu triāguli ortogonij super latere maiore rectū āgulū ꝓtinente piramidē rotūdā. ex motu āt quadrāguli rectāguli altera ꝑte lōgioris sup vno ex lateribꝰ longioribꝰ fixo colūpnā rotūdā. sup vno aūt ex lateribus breuioribꝰ tympanū. ex reuolutiōe denicꝝ dimidij circuli sphērā ymaginariā descriptōe ꝓstituit. Siꝰ ex trāsitu portionis minoris circulo corpus ouale. sed ex trāsitu portionis maioris corpus lēticulare describerem⁹. Tales eñ corporꝝ descriptiōes et si in re nulle sint tñ ꝓposito geometre satisfaciūt. Et abstrahētiū nō est mēdaciū ex scōo phisicorꝝ. Scōm ergo ꝑmissa hec sphere descriptio ab Euclyde habita sic est itelligēda. Sphera ē quodā corpus quod describi aut ꝓstitui ymaginamur a quodā semicirculo sup dyametro fixa vna pūcise reuolutione circūducto. Ille enī semicirculus suo fluxu totū illud spaciū intelligik replere ifinitis semicirculis causando scz i quolꝛ loco illiꝰ spacij vnū sibi similē ꝛ equalē semicirculū. Vidit qdē Euclydes nullū corpus apud nos artificio sic posse aptari vt pfecte rotūdum dici possit aut pfectā sphere habeat rōnē vel ꝓter dimēsionū eiꝰ icqualitatē vel ꝓter supficiei asperitatē cuius ꝑtes nō siliter cōiacēt sed alie alijs ꝓeminēt: dedit igik ymaginariā sphere ꝓstitutionē qua sphērā pfectā possimꝰ ꝓtēplari ymaginari ꝛ ituері. Per hoc enī ꝙ semicirculꝰ circumferk cuius extremitas (q̄ linea curua est) ꝓfunditate caret: supficies sphere ab ea descripta vniformissima itelligek nec ꝑtes alias sublimiores alias depressiores cognoscetur habere. Corpulētia item sphere ab area semicirculi descripta oēs dimensiones habebit, equales qꝛ cētrū semicirculi centrū sphere euadet vt Cāpanus dicit quare oēs semidrametri sphere erūt equales. Vñ notāter dicit textus. Trāsitus circūferentie dimidij circuli (capit tñ ꝓprie circūferētiā ꝓ toto ipo semicirculo ex area ꝛ circūferētia ꝓstāte. nā secus vna supficies rotūda nullaq̄ corpulētia intra illā intelligerek descripta) qꝛ si minor semicirculo aut maior esset portio nō sphera sed corpus ouale aut lenticulare describerek vt paulo ante dictū est. Dicik notāter fixa dyametro qꝛ si dū semicirculus reuoluik dyameter eius versus aliquā differētiā positiōis moueret corporis descripti dimēsio ea ex ꝑte maior euaderet sicq̄ sphericū nō esset. Dicik notāter quousq̄ ad locū suū redeat qꝛ hoc sufficit ad sphere descriptionē. et itē qꝛ si vlteriꝰ reuolueret semicirculus aut corpus iam descriptū resecaret aut aliud simul corpus cū ꝑmo penetratiue describeret quorꝝ primū frustra eēt scōm aūt ꝓ naturā est ipossibile. ¶ Sūt tñ q̄ hāc ex Euclyde sumptā sphere descriptionē aliter accipiāt. qua si ymaginatꝰ fuerit ipe ꝙ semicirculi sola circūferentia (area seclusa) sup dyametro fixa circūducta corpus qd ab ea ꝓtinue exterius tāgi et circūscribi ymaginamur sphērā eē. vt facile eēt videre i materia bene diuisibili scz cera aut butiro circūducēdo illā piferiā: Quare dicūt hāc mire efficacie descriptionē qua (ꝛ si latēter philosofico more) sphērarū ꝓficiēdarū quātū sensibilis materia recipe vilz artificiū ꝛ istrumētū isinuak. Si eñ ex leui calibe aut ferro semicirculꝰ (excauata area dimissaq̄ circūferētia acuta cū duabus extremalibus dyametri portionibus) accipiak instrumentū esset tornādis sphēris aptissimū. hāc igik vtilitatē vt aiūt sua descriptiōe attulit Euclydes. ¶ Sed q̄uis hec pulchra ꝛ ingeniosa videank: hanc tñ nō fuisse Euclydis mētē sed quā supra dedimꝰ quadrupliciter mōstrak. Primo qꝛ quātūcūq̄ subtiliter tale instrumētū fiat nūq̄ tñ sphera pfecta ꝑ illud cōficiet quin ꝑtes supficiei eius dissimiliter ꝛ alie super alias iacerēt: dimēsionesq̄ aliquātulū icquales euaderēt. cū materia sensibilis nō tales formas seu figuras recipe possit quales mathematici cōcipiūt vt satis ꝓbak in ꝑmo de aia ꝛ in tertio methaphisice. ꝓstat aūt Euclydē sua descriptōe pfectā sphērā voluisse demōstrare. Secūdo qꝛ eodēmō intelligit ipse ex fluxu pūcti describi lineā et ex ductu linee supficiē sicut ex trāsitu supficiei corpus. sed i secūdo geometrie duo prima taliter intelligit vt ex fluxu puncti describi lineā dicat eo ꝙ pūctus in toto illo spacio ymaginarie infinita pūcta sibi imediata et lineā cōstituētia fluxu suo causet. et ex ductu linee in lineam superficiē dicit describi eo ꝙ in tota illa dimensione per quā mouetur infinite linee similes prime sibi imediate et superficiē integrātes ymaginētur causate. ergo i vndecimo geometrie sic intelligit Euclydes ex transitu semicirculi describi corpus sphērale quasi superficies semicirculi motu suo ifinitas tales superficies sibi immediatas totūq̄ illud spaciū replentes et sphēram constituentes cāet. maior pz ex proportione quam habent duo prima ad tertium secundū suas descriptiones: minorq̄ ꝓbatur ex multis cōclusionibus secūdi libri geometrie vbi q̄lib̄q̄ superficiē paralellogramā quadrangularē dicit vnica linea cōtineri qꝛ ex ductu vnius linee

Expositio aliorum

Impugnatio.

Prima rō

aristotele

Secūdā rō

ad Rationes

Ad primam nego non posse fieri et si probaretur quod non credo dico quod satis est intelligere modum quo fieret si possibile esset Cum hoc ad difinitionem saluandam sufficiat Ad alias tres Responder litera definitionis in textu asserentis oppositum ꝓnum

Vtrū ymaginationes mathematicorū sint rebꝰ ꝓsone





Aristoteles 2° phisicorꝝ

expositio hec lz. subtilior sit 2ª et pure mathematica non tñ videtur cū de mente euclidis Cum litera oppositum asserat dicit n. Sphera est transitus circumferentie dimidij circuli nullam faciens mentionem de area Sed de solo circumferentia que ꝑ linea circulum l. semicirculum terminate capitur Si ꝙ hec non fuisset ei intentio subdit transitus circumferentie dimidij circuli. dixisset et breuius. est transitus dimidij circuli Et ideo licet magis mathematica sit ut dixi non mihi placet expositio hec ad quā arguitur Rōes in margine inferiori Respondeo



UVA. BHSC. IyR_331

in se ipam describitur. alii vero duaby lineis dicit ipam esse contentā q: ex ductu vnius linee i aliam describik. Cōstat aūt quadrangulū quattuor terminari lineis non vnica aut duaby duntaxat. oz ergo si dicta Euclydis in scdo sunt ꝓa q puncti extremū linee fluētis describat vnam aliā lineā fluxu suo ⁊ ipamet linea fluēs eā ⁊ alteram lineā q̄ est latus quadranguli prio lateri oppositū. ⁊ qua rōnevnā lineā cāret eadē infinitas. sphera igik a semicirculo describi est ex motu semicirculi corpulentiam eius quasi ex infinitis semicirculis constantem causari. Tercio qz eodem modo intelligit Euclydes sphera ex transitu semicirculi describi sicut pyramydem rotundam ex transitu trianguli rectāguli super latere longiore continente rectum angulū. et colūpnam rotundā ex trāsitu quadrāguli ortogonij super vno laterum longior. Sed triangulū et quadrangulum nō dicit periferia describere piramidem et colūpnam. ergo nec intelligit semicirculi solam circūferentiā describere sphera maior supponitur ex hoc proportionabili descriptione. minor probatur tum qz textus nō dicit ex transitu linee vel periferie trianguli aut quadranguli sed ex transitu trianguli ⁊ quadrāguli que sunt noia supficierū lineis terminatarum. tum qz Lāpanus Euclydis cōmētator de hijs figuris pro superficiebus non pro solis lineis textum intelligit vt pz intuenti. Quarto qz certum est Euclydem corpor descriptiones eo modo intellexisse si recte sensit quo coiter oēs geometre antiq intellexerūt. illi aūt ad sensum quē dedimus linearū supficierum ⁊ corpor descriptiones intellexerunt scz q ex alicuius indiuisibilis transitu infinita indiuisibilia talia fiāt aut fieri ymaginentur. ergo eodēmō intellexit Euclydes maior supponik minor probatur per Aristotelē in multis locis ⁊ pcipue in sexto phisicor qui arguit cōtra Democritū Pythagoram ⁊ Platonē multosqz alios antiquos q̄ saltem ab verba cōsiderātibus videtur sensisse diuisibile cōtinuū ex indiuisibilibus cōpositū abire constat autē Aristotelē peritum fuisse in mathematicis modūqz ymaginādi eorz recte sciuisse qui modus vt ipse dicit in scdo phisicorū non est falsus oz ergo dicere q ideo contra mathematicos antiquos arguit qz ipsi realiter credebant continuū ex indiuisibilibus esse cōpositū. aut si nō realiter sed solū ymaginarie q voluit Aristoteles disputatione sua excludere ne ꝓpt modū loquēdi aut ymaginādi mathematicorū simplices deciperētur credētes ita in re esse sicut in ymaginatōe. Oēs ergo mathematici eo modo quo diximus istas continuor descriptiones intelligunt vel ymaginank. quod etiā ex astrologis pz vñ ⁊ purbachius in theoricis suis eccētricos circulos ex linearū rectarū fluxu describit. ⁊ domin⁹ Petrus de aliaco sic sentit de hmōi descriptionib⁹ i pria questione hui⁹ sphere. saluo ergo meliori iudicio hec Euclydis diffinitio de sphera in sensu primo quē dedim⁹ accipienda est. Si cui tñ secundus sensus magis placet nō inficior tñ vt michi videk nō ē de Euclydis mente. ¶ Textus. Sphera etiā. Ponit aliā scdaz sphere descriptionē datā a theodosio

Tertia rō.

Quarta rō

aristoteles contra democritum. pitagoram et platonem

2.° phisicor

purbachius

aliaco

in libro suo de spheris que sic debet intelligi sphera ē quodā corp⁹ solidū idest oino plenū eisdē dimēsionibus vna sola supficie actu terminatū in cui⁹ medio est dabilis punct⁹ a quo oēs recte linee ducte vsqz ad circūferētiā idest supficiē terminantem sunt equales. Dicik notāter solidū idest oino plenū ad differentiā orbis q̄ nō oino eisdē replek dimēsionibus. Dicitur notāter vnica supficie ad differentiā aliorū corpor q̄ supficieby planis actu terminātur nullū enim corpus tale dicitur sphera quia nullū tale vnica sed supficieby pluriby terminatur sicut nec aliqua figura plana vnica linea recta claudi potest quēadmodū eni in planis triangulus est prima figurarū rectilinearū ita etiā in solidis tetracedrō siue pyramis quattuor supficierū est primū corporū lateraliū conicorū et planas supficies habentiū. Per hoc ergo q dicit vnica supficie insinuauit q illa deberet esse curua nō recta vñ p hoc significauit q sphera debet esse corpus rotundū nō planū. Dicitur notāter in cui⁹ medio ⁊c. ad drām quo rūdam rotūdorū corpor sed irregularū vt sunt oualia ⁊ lenticularia corpora ⁊ alia hmōi que et si rotunda sint nō tñ dicūtur sphere cū in eis nullus talis sit dabilis pūctus a quo oēs linee recte vsqz ad supficiē terminalē ducte sint equales. ¶ Notandū q hec secūda sphere diffinitio differt a prima precedēte in hoc quia illa diffiniebat sphera quoad suū fieri. docebat eni modū ymaginabiliter cōstituēdi fabricādiqz sphera. hec vero diffinitio ē de sphera quo ad ei⁹ factū esse ostēdit eni qualiter sphera iam facta cognoscere poterimus ¶ Textus. Orbis aūt. Dat diffinitionē secundi inēbri precedētis diuisionis scilicet orbis et primo diffinit secundo diuidit. ibi hee due. Pro huius tamen diffinitionis euidentia sciendū q duplex est supficies ōdam plana ⁊ hec est tam scdm longitudinem q̄ scdm latitudinē ad cosdē terminos breuissima oim extensio. Alia superficies est non plana illa scz que inter extrema curuatur ⁊ similis diuisio solet dari de lineis. Item superficies nō plana est duplex altera est cōuexa vt superficies exterior alicuius rotundi vasis. alia est concaua vt superficies interior eiusdem vasis. hee etiam due superficies patent in testa oui. Diffinitio ergo orbis sic intelligik. Orbis est sphera comuniter dicta id est corpus pfecte rotundū sed cōcauum idest non plenū eisdem ⁊ proprijs dimensionib⁹ (licet alienis repleatur qz nichil i natura vacuū esse potest) terminatum duabus actu superficiebus vna exteriore conuexa alia interiore concaua quale corpus fictile aut argenteum vel ligneum bene rotundum multi faciunt ad aliquid intus reponendum. Consueuerunt enim alique matrone pomū argenteū ignitis carbonibus plenū tēpore hyemis ad ecclesiam

Sphera

theodosius

Cōparatio harū diffinitionum.

diffi.° 2.i membri

duplex supficies

plana

non plana

nōplana duplex

conuexa

concaua

diffi.° orbis

superficies concaua

Conuexa

UVA. BHSC. IyR_331

menu deferre. alij autem simile pomum ligneū aut fictile habēt ad pecunias seruandas q̄ oia corpora si bene rotunda sunt orbes proprie dicuntur. Sic etiam omnia elementa preter terrā (que sphera proprie dici potest) omnes quoq̄ celi comuniter sphere proprie vero orbes dicūtur. Partes etiam cepe (si bene rotundū esset) orbes dicerentur. ¶ Textus. Hee due. Hic ponitur orbis diuisio que talis est. duplex ē orbis

orbis diuisio



quidam vniformis ille scz cuius vtraq̄ terminalis superficies alteri concentrica est idest habēs idē centrum cum ea. talis enim orbis circum circa est equalis spissitudinis et corpulentie. alius est orbis difformis ille videlz cuius vna terminalis superficies alteri est eccētrica id est habens centrum suum extra centrum alterius. talis itaq̄ orbis non vbiq̄ est equalis crassitudinis corpulentieq̄ sed partim latior et grossior: partim subtilior graciliorq̄. Hec autem orbis diuisio p quarto capitulo huius erit accomodatissima. Sed ex hac orbis diuisione posset contra eiꝰ datam diffinitionem sic argui quia illa nō omni cōuenit orbi ergo insufficiēs est. antecedens pbatur quia non conuenit orbi difformi. pz nam ille non est corpus perfecte rotundum vt videtur que tñ erat vna particula in diffinitione orbis posita vel necessario itellecta

(negatur, imo pfecte Rotundum quia ad omnes eius superficies lz sit difformis)

Dicendum tamen q̄ illa particula diffinitionis orbis. scz corpus perfecte rotundum debet itelligi quo ad superficiem conuexā exteriorem et sic intellecta pueniet etiam orbi difformi. omnes enim eius semidyametri ad illam superficiē terminati sunt equales. ¶ Textus. Cētrū sphere. Ponit diffinitionē secundi termini scz quid est centrum que diffinitio ex hijs que circa secūdā sphere diffinitionē a Theodosio habitam dicta sunt satis manifesta est ¶ Textus. Linea vero. Ponit tertij termini scz axis diffinitionē dicēs q̄ linea recta ymaginabiliter transiens ab vno extremo superficiei exteriozis sphere per cētrū vsq̄ ad aliud cū hoc q̄ super illam fiat motus circularis sphere axis dicitur. Pro huius intelligentia sciendum est q̄ isti duo termini dyameter ⁊ axis se habēt sicut superius ⁊ inferius omnis enim axis est dyameter sed non conuertitur predicatio/ dyameter enim est linea recta transiens per medium cuiuslibet figure siue illa plana sit siue solida siue rotunda siue angularis. et hoc modo dicimus dyametrum circuli dyametrum quadrati. et dicitur talis linea dyameter quasi duorum equalium mensura eo q̄ figuram aliquam in duo equalia diuidat. non tamen requiritur ad hoc q̄ aliqua linea dyameter dicatur q̄ figuram per cuiꝰ medium transit semper in duo equa diuidat licet ab hac proprietate nomen sit ei impositum vt pz de are sphere que eam non diuidit nichilominus tamen dyameter dicitur. aliud enim est id a quo nomē imponitur et aliud id ad quod significandum imponitur sicut hoc nomen lapis imponitur illi corpori a lesione pedis vt comuniter dicitur nō tamē omne ledens pedem est lapis neq̄ omnis lapis ledit pedem. Axis autē solum dicitur linea recta trāsiens per centrum sphere cum super illam sphera mouetur. et dicitur axis ad similitudinem ligni super quem voluuntur rote in curru. vnde dyameter latius vocabulū est q̄ axis. ¶ Textus Duo quidem. Dat diffinitionem quarti termini scilicet quid est polus dicens q̄ est extremitas vel punctus terminans lineam quam diximus axem vnde motus sphere dicitur fieri et super axē et super polos ideo poli dicūtur esse sphere quasi corporis moti super illos. dicuntur etiam idem poli quorundam circulorum in sphera descriptorum a quorum scilicet singulis partibus alter polorū equi distat et hec est diffinitio poli secūdum geometras eo q̄ mota sphera mouentur circuli in sphera descripti. Polus autē grece vertex est latine eo q̄ super illum fiat vertigo aut reuolutio corporis. ¶ Textus. Vniuersa quidem. Hec est secūda particula huius prime partis in qua auctor omnia dicta applicat ad vniuersum de quo est principalis intētio huius tractatus et deducit istam conclusionem q̄ vniuersum est sphericum vel q̄ tota rerum corporalium machina est vna sphera. Et ratio sua talis est vniuersum habet oēs conditiones ad sphera requisitas ergo est sphera. antecedēs pbat quia secundum premissa sphera est corpus perfecte rotundum vna superficie contentum in cuius medio est dabilis punctus a quo omnes linee recte vsq̄ ad superficiē ducte sunt equales. et a cuius extremo ad extremū per medium est protrahibilis axis cuius duo vltima puncta dicūtur poli super quibus fit motus sphere. Sed omnia ista sunt dabilia in toto vniuerso. claudi tur enim et terminatur vnica superficie cōuexa supremi celi (quia extra celum nullum corpus est vt probatur in primo celi.) Est etiā dabile cētrum in vniuerso q̄ est pūctus fere in medio terre. per quod quidē centrū axis vniuersi est protrahibilis ab extremo ad extremū cōueritatis celi sup quē fit reuolutio p̄mi mobilis ⁊ hoc significat cū dicit secūdū reuolutionē celi. Poli aūt dicūtur duo pūcta celi īmobilia q̄ sunt extremitates dicti axis ymaginarij. Alter horꝰ polorum nobis semper apparet. cui ꝓpinquior stella octaue sphere est illa quā dicunt stellam maris vel nautarū qꝛ ad eā naute respicientes itinera sua p mare dirigūt. Propinquior etiā huic polo nro constellatio a poetis ⁊ phis vsa minor vel septētrio dicit a vulgaribus aūt bucina. ergo ꝓclusio vera q̄ vniuersum est vna sphera nō quidē simpliciter accipiēdo vnū sed p aggregationē ⁊ hoc textus innuit cū dicit licet plurium corporꝰ cōpositione Vnde cum iste tractatus sit principaliter de vniuerso merito dictus est tractatus de sphera mundi.

quid polus

quomodo vniuersum est sphera

aristoteles 2. celi

vsa minor

Quare dicatur est iste tractatus de sphera

¶ Reuerendissimi domini Petri de aliaco cardinalis et episcopi Cameracensis doctorisq̄ celebratissimi questio prima.

Queritur primo vtrum diffinitio sphere sit bona quā dat auctor in textu. s. Sphera est trāsitus circunferentie dimidij circuli q̄ quotiens fixa diametro quousq̄ ad locum suum redeat cūducit. Arguit primo q̄ nō: qꝛ terminus

vnde diameter

contra diffinitionem arguitur 1°

UVA. BHSC. IyR_331

Capitulum primum

vnius pdicamēti nō bñ diffinit p terminū alterius predicamenti mō sphera est de pdicamēto qualitatis ⁊ trāsitus de pdicamēto actōis vl' passionis igitur. pñia est nota maior pz qz diffinitio dz dari p essencialia minor nota est. Et pfirmat ratio qz sphera est sbā cū sit corpus solidū vt dicit Theodosius: transitus ꝓo est motꝰ ergo sphera nō est transitus ⁊ per cōsequēs diffinitio nō est bona. Scōo sic qz terminꝰ mathematicalis nō debz diffiniri p terios iportantes motus mō sphera est terminus mathēaticalis ⁊ trāsitus ē terminus iportans motum igit consequētia est nota maior pz qz mathematica abstrahit a motu ⁊ a materia minor nota est. Tercio sic qz res nature pmanentis per rem successiuā nō debet diffiniri/mō sphera est res nature pmanentis ⁊ transitus nature successiue igitur. Quarto sic qz si sic seqtur q̃ equales transitus essent equales sphere sed consequēs est falsum. et pz consequentia sint duo semicirculi ⁊ sit dyameter vniꝰ dupla ad dyametrū alterius tūc possibile est q̃ in equali tpe circūuoluantur illi duo semicirculi ⁊ tunc illi transitus erūt equales tñ sphere nō erunt equales vt notum est immō vna esset dupla ad aliam. Quinto sic qz si sic sequeretur q̃ omnis sphera esset corpus solidū. consequētia est nota qz corpus descriptū ex tali transitu est solidū sed cōsequēs est falsum. q̃ pz qz corpus solidum debet cōtineri vna sola supficie. s. concaua aut cōuexa sed aliq̃ sphere cōtinētur duabus supficiebus ergo sphera nō est corpus solidum. maior pz p quid nōis corporis solidi iminor pz quia si sic sphere celestes nō essent sphere qz cōtinentur duplici supficie. s. conuexa ⁊ cōcaua. Sexto sic qz axis seu dyameter semicirculi non potest esse fixa circumuoluta supficie vel circunferentia ergo diffinitio est mala. cōsequētia nota est ⁊ añs pz qz axis est continuus semicirculo ergo moto semicirculo mouet axis qz ē pars eius. ¶ In oppositum arguitur per autorem dantem illam diffinitionem in tertu ⁊ illam allegat ab Euclide. In q̃stione erūt duo articuli. In primo respōdebitur ad q̃situm In secundo erunt dubia ¶ Sciendū est primo quātū ad pmū q̃ isti termini circulus circūferentia seu periferia sphera/ orbis rotundū in ꝓria significatione differūt inter se. Unde circulus dicitur superficies plana cōtenta ⁊ terminata vnica linea vere circulari in cuius medio est ymaginatꝰ pūctus a quo oēs recte linee ducte ad lineā circularē continentē sunt equales ⁊ illa linea circularis cōtinēs vocatur circunferentia seu periferia. Sed sphera dicit corpꝰ solidum vna superficie. s. cōuexa contentum in cuius medio ymaginatus ē punctus a quo oēs linee recte ducte ad circunferentiam sunt equales. Et est aduertendum secundum illas ꝓrias significationes illoꝝ terminorum. scz circulus ⁊ sphera realiter dfnt nā si ymaginetur punctus fluens circa aliq̃ cētrū ymaginatum quousq̃ redeat ad suum locum, sine accessu vel recessu ad illud cētrum tūc talis punctus describeret circūferentiā circuli nō tñ circunferentiā sphere. Et causa est qz nō oz circulum esse sperīcū scōm profunditatem sed solū scōm longitudinem ⁊ latitudinē sed oz spheram esse sperīcam scōm ternam dimēsionem. Orbis vero dr figura sphērica duplici supficie contenta in cuius medio ymaginatꝰ est pūctus a quo sicut prius. Corpus autem rotundū dicitur corpus tendens ad sphericitatē nec oz q̃ sit sphericū sicut pomū. Ex dictis sequūtur aliqua correlaria. pmū orbes celestes non debēt dici sphere ꝓprie loquendo pz qz cōtinentur duplici supficie. s. concaua ⁊ cōuexa. Scōo sequitur quod tales ꝓprie loquēdo non debent dici circuli. pz quia circulus est superficies plana ⁊ tales non sunt supficies plane immo sphērice. Tertio sequitur q̃ ꝓprie debent dici orbes patet quia sunt figure sphērice duplici superficie contente. s. concaua et conuexa. ¶ Sciendum est secundo q̃ triplex est portio circuli quia quedam est portio semicirculi alia est maior portio circuli et alia est minor. Unde portio que est semicirculus dicitur superficies plana contēta inter portionem circūferencie circuli ⁊ lineam recta trāseuntem per centrum circuli. Sed portio maior est superficies plana intercepta inter portionē maiorē talis circūferēcie ⁊ lineā rectā transeuntem sub centro circuli. porcio vero minor ptinetur inter minorem circūferentie portionem ⁊ lineam rectam transeuntem supra centrum. Et ē aduertendum q̃ hmōi portiones diuersas figuras describunt si circunducantur circa suos axes. Portio enim que est dimidius circulus describit figuram sphericam et portio minor describit figuram oualem. Sed portio maior describit figuram duorum angulorum ad centrum accedentium. ¶ Sciendum est tertio q̃ secundum ymaginationem mathematicorum punctus fluens describit lineam et linea fluens causat superficiem et superficies fluens causat corpus. Et ita ymaginandum est de semicirculo q̃ si fluat quousq̃ redeat ad suum locū a quo inceperat dyametro quiescēte q̃ causat spheram. ¶ Sciendum quarto q̃ differentia est inter axem et dyametrum saltem rationis quia dyameter dicitur quecunq̃ linea diuidens vel ymaginata diuidere aliq̃ corpus in duas partes equales. nam dicitur a dya q̃ est duo et metros q̃ est mensura quasi mensurans seu diuidens aliq̃ corpus in duas ptes equales. Sed axis dicitur linea ymaginata circa quam ymaginatur aliq̃ corpus reuolui circulariter terminata ad ambos polos illius corporis. ex quo sequitur q̃ in celo non est nisi vnus axis et hoc q̃tum ad vnum motum. s. diurnum. sed sunt infinite diametri ymaginabiles. ¶ Sciendum est quinto q̃ dupliciter capitur trāsitus. primo modo capitur pro motu de aliquo loco in aliquem locum sed sic non capitur hic. secūdo modo capitur transitus p corpore cōtento a circūferentia ymaginata describi per transitum alicuius alterius circunferentie et sic capitur hic. Juxta

theodosi

ar. 2°

ar 3°

ar 4°

sphere complete

ar 5°

ar 6°

euclides

diffrēcia. termino q̃



quid orbis

quid corpus rotundum

pm. corolarium q̃ orbes celestes non debent dici sphere

2m. c. nec circuli

3m. c. Sed orbes

Secundū notabile.



omnes alie figure facte sunt superius

Tertium.

Exposito comentatoris

Quartum.

Unde diameter

quid axis

Quintum. duplex capit' trāsitus

1°mo

2°mo

UVA. BHSC. IyR_331

exposito diffinitionis contra illam quam commentator dat si bene intelligatur

quod est diffinitio sic exponenda. Sphera est transitus ꝛc. idem est corpus contentum a superficie ymaginata describi ex transitu circũferentie dimidij circuli quousq; illa circũferentia redeat ad locum in quo incepit fixa diametro. i. diametro non mota motu quo exeat suũ locum et est ista diffinitio descriptiua. ¶ Conclusio responsalis est ista diffinitio sic exposita est bona/ patet quia exprimit sufficienter naturam diffiniti et conuertitur cum diffinito ergo est bona cõsequentia est nota antecedens patet discurrendo per diffinitionis particulas. vnde ponitur primo loco corpus contentum tanquam genus diffiniti vel tanquam cõmunius. ponitur notanter a superficie ymaginata describi quia realiter non describitur unmo stat alicubi esse spheram vbi nũquam fuit transitus factus talis circunferentie. Dicitur notanter quousq; redeat ad suum locum alias enim non compleretur. Dicitur notanter diametro fixa quia si mouerentur motu quo exiret suum locum tunc non describeretur sphera. Et sic patet q diffinitio est bona. Et ista diffinitio datur de sphera secundum acceptionem propriam. Nam aliquando large capiuntur isti termini sphera/ orbis/circulus/pro terminis sinonimis. et hec de articulo primo. ¶ Quantum ad secundum Dubitatur primo vtrum scientia astrologie cuius scientia huius tractatus est vna pars sit mathematica vel naturalis. Pro quo est aduertẽdum q tres sunt speculatiue scientie in generali. Prima cõsiderat ens inq̃tum ens et de passionibus et proprietatibus ipsius entis inq̃tum ens. et ista habetur in libro methaphisice cuius subiectum vt dicit. p. ibidem est ens nec obstat eius analogia vt dicit Aristoteles ibidem quia analogia non impedit rationem subiecti attributiõis. Cuius causa est quia in analogia significatio minus principalis est per attributionem ad significationem principalem igitur pertinet ad eandem scientiam cum principali significatione. Alia scientia speculatiua cõsiderat res inq̃tum sunt mobiles seu ad motum habitudinem habentes Et talis phica dicit̃ aut naturalis ex eo q formalis ratio obiectiua talis scientie est motus cuius natura est principium ꝛ cuius subiectum est ens mobile. Tertia scientia speculatiua considerat res in ordine ad earum quantitates et ad proprietates per se conuenientes quantitati que sunt figure proportiones equalitas inequalitas et sic de alijs. et talis scientia vocatur mathematica et eius subiectum ab aliquibus ponitur esse magnitudo melius tamen videtur q q̃titas cõsiderata in ordine ad suas proprietates et passiones sit subiectum quia magnitudo est nomen magis speciale vt videbitur post. ¶ Secundo notandum est q secundum duplicem commensurabilitatem in quantitate et etiã secundum duplices proprietates quantitati cõueniẽtes mathematica totalis diuiditur prima sui diuisione in duas partes generales. Prima considerat de rebus in ordine ad quantitatem continuam et proprietates et passiones de per se conueniẽtes quãtitati continue que sunt figure/equalitas: iequalitas ꝛc. et ista vocatur geometria et eius subiectum magnitudo. Alia pars considerat res in ordine ad quantitatem discretam et ad proprietates quantitatis discrete et eius subiectum est numerus siue multitudo. Et iste due partes sunt generales in mathematica et omnes alie ad eas reducuntur vel de ipsis participant. ¶ Tertio notandum est q duplices sunt scientie mathematice. nam quedam sunt que docent operari sicut geometria arithmetica. Cum hoc tamen stat q tales sunt speculatiue quia licet doceãt operari tamen illarum finis principalis est scire propter hoc habem? practicam geometrie ab aliquibus distinctam a geometria in se: sed alie sunt sciẽtie mathematice q̃ non docent operari sicut est perspectiua. ¶ Quarto notandum est q cum duabus partibus mathematice prius enumeratis que sunt geometria et arisinetica sunt adhuc alie tres partes principales scilicet musica: perspectiua et astrologia. Unde musica considerat de quantitate discreta specificatiue tamẽ per sonos ita q considerat quantitatem discretam secundum q est sonora. Sed perspectiua considerat quantitatem continuam et hoc specificatiue per visionem. i. secundum q facit ad visionem et ponitur eius subiectum linea visualis. Sed astrologia considerat de quantitate et magnitudine corporum celestium et commensurabilitate ipsorum et suorum motuum et de eorum distantia ab ipsa terra. Et ponitur eius subiectum magnitudo mobilis. Et de ista est magis ad propositum. Et iste tres mathematice non sunt pure mathematice sed dicuntur medie. Et de hoc potest triplex causa assignari. Prima nam dicũtur medie inter mathematicam et naturalem scientiam quia considerant res non secundum rationem pure mathematicam nec pure naturalem: sed mixtam ex naturali et mathematica. Secunda causa est: quia iste tres scientie plures conclusiones phisicales demonstrant per principia non pure naturalia. Tertia causa est quia ille tres scientie considerant de subiecto complexo ex termino naturali et termino mathematico sicut musica de isto subiecto numerus sonorus. ¶ Sed iuxta hoc sunt due dubitationes. Prima est vtrum sint alique medie scientie inter methaphisicam ꝛ naturalem scientiam sicut sunt alique medie inter mathematicam ꝛ naturalem philosophiam. Secunda dubitatio est de illis tribus scientiis mediis vtrũ magis debeant dici naturales q̃ mathematice vel econtra. ¶ Ad primam respondetur q inter methaphisicam ꝛ scientiam naturalem nõ stat aliqua scientia media. et causa potest assignari dando dissimilitudinem de methaphisica et de mathematica et scientia naturali vñ si fiat complexio ex duobus terminis vno se habente tanquam formali et altero sicut pure materiali tunc denominatio partim solum ad formale et ideo dato q subiectum alicuius scientie complectatur ex termino methaphisico: et termino naturali sciẽtia diceretur naturalis. Sed dum est complexio ex duobus quorum quod-

Conclusio responsalis

probat diffinem esse expositam

quid loco generis poat

Secundus articulus primũ dubium

tres speculatiue scientie in generali

1ª scientia methaphisicum. ens

aristoteles

2ª scientia phisicum ens mobile

3ª scientia mathematicum magnitudo in quodam

Diuisio mathematicarũ sciẽtiarum

prima pars geometria

2ª pars arithmetica

diuisio mathematicarum

Mathematice medie vel mixte

de quo musica

de q̃ perspectiua

de q̃ astrologia

de mathematicis medijs. i. mixtis

prima causa

2ª causa

3ª causa

Dubitationes bone

primũ dubium

2ª dubium

ad. 1ᵐ

UVA. BHSC. IyR_331

libet se habet tanq̃ formale tunc ex parte cuius libet forme fit aliqua denominatio. et ita est de subiectis scientiarum mediarum inter mathematicam et scientiam naturalem quia complectũtur ex duobus quorũ quodlibet est formale.

ad 2m dubium

¶ Ad secundam dubitationem aduertendum est q̃ omnes conueniũt in hoc q̃ si alicuius scientie medie subiectum componatur ex duobus terminis formalibus diuersarum scientiarum tunc sciencia debet magis denominari ab vltimo formali. sed tunc illo fundamento dicunt q̃dam illas scientias medias esse magis mathematicas q̃ naturales. Et ad hoc adducũt istã rationẽ quia in eis vltimũ formale est pertinẽs ad mathematicam et sic dant subiecta. s. musice sonus numeratus et perspectiue visio linealis.

opinio quorundam

Ratio eorum

alia opinio

alij ponunt modum econtrario. s. q̃ tales scientie sunt magis naturales siue in subiectis earũ ponunt vltimum formale esse terminũ naturalem vt numerus sonorus est subiectum musice.

3m dubium

¶ Tertio dubitatur circa hoc de aliquibus p̃uis tractatibus vt tractatus de ponderibus et tractatus de speculis ad quas scientias reducuntur. Ad quod respondetur q̃ tractatus de ponderibus reducitur ad astrologiam ꝛ tractatus de speculis ad perspectiuam ita q̃solũ sunt hic scientie mathematice principales. Ex omnibus istis infertur responsio ad dubium principale. s. q̃ astrologia est scientia media inter mathematicam ꝛ naturalem. Veruntamen est aduertendum q̃ differentia est inter astrologiam et astronomiam. Unde astronomia considerat corpora celestia secundum q̃ sunt mobilia ꝛ secundum q̃ per suos motus possunt coniungi vel opponi vel se habere in tali respectu vel in tali. Sed astrologia considerat de ipsis q̃tum ad effectus eorum q̃ ex ipsis possunt sequi ratione oppositionum vel coniunctionum vel aspectuum eorum inter se ꝛ ista astrologia vocatur a pluribus astrologia iudiciaria. Et ista est pure naturalis

ad dubium principale

quid astronomia

quid astrologia

¶ Secundo dubitatur principaliter vtrum vniuersum sit subiectum in isto tractatu. Et videtur q̃ non q̃ magnitudo mobilis est subiectum huius tractatus ergo. consequentia est nota antecedens p̃ quia iste tractatus generalis ẽ ad totam astrologiam ergo debet habere idem subiectum cum totali astrologia modo magnitudo mobilis est subiectum in tota astrologia ergo ꝛ huius tractatus. Ad oppositum arguitur per actorem in textu vbi ponit q̃ vniuersalis mundi machina in duo diuiditur ꝛ sic videbatur innuere per hoc q̃ eius intentio erat considerare de vniuerso tanq̃ de subiecto.

Secundũ dubium de subiecto huius tractatus

¶ Pro dubio est aduertendum primo q̃ tripliciter capitur vniuersum. primo modo pro aggregato ex corporibus celestibus. Secundo modo pro primo motore. Et tertio modo capitur vniuersum pro aggregato ex corporibus celestibus ꝛ intelligencijs eis applicatis ꝛ omnibus mixtis ꝛ quattuor elementis sub orbe lune contentis. Et isto modo capiendo ille termino vniuersum non significat tale aggregatum absolute sed respectiue per istum modum q̃ significat corpora celestia inquantum sunt circulariter mobilia et elementa cum mixtis in eis cõtentis inq̃tum a corporibus celestibus regunturper suos motus.

Quot modis dicitur vniuersum

¶ Secundo notãdum est q̃ de isto dubio dicunt diuersi diuersimode. nam dicunt aliqui primo q̃ ille terminus vniuersum secundum primam acceptionem et secundam non est subiectum huius tractatus et hoc notum est. secundo dicunt q̃ vniuersum secundum tertiam acceptionem eius est subiectum attributionis huius tractatus. Et causa est quia illud conuenienter ponitur subiectum in isto tractatu cui conuenit ratio generalis secundum quam res considerantur in illo tractatu cui cõuenit ratio generalis. modo ita est de isto termino vniuersum quod p̃ quia ratio generalis secundum q̃ considerãtur res est esse corpus circulariter mobile aut rectum a corporibus circulariter motis per suos motus mõ ista est ratio huius termini vniuersum scõ̃ tertiã acceptionem.

diuerse diuersorum opiniones circa dubium

Ro

¶ Sed contra obiciunt alij per hoc q̃ iste terminus vniuersum non verificatur de vere consideratis in hac scientia scilicet de celo orbe celesti nec de aliquo elemento sed de totali aggregato simul quia de nullo verum est dicere q̃ sit vniuersum. Isti ergo ponunt q̃ magnitudo mobilis est subiectum attributionis huius tractatus. Pro quo est aduertendum q̃ iste tractatus generalis est ad totam astrologiam sicut liber phisicorum ad totam phisicam seu naturalem ita q̃ in isto tractatu determinatur in generali de illis de quibus determinatur in speciali in libris specialibus astrologie et sic rationabile est q̃ idem sit subiectum in isto tractatu et in totali astrologia. Veruntamen sustinendo primum modum de vniuerso solueretur ratio ad oppositum qua dicebatur q̃ vniuersum non verificatur de consideratis in ista scientia ꝛc. dicitur q̃ verificatur de consideratis in hac scientia in obliquo cum isto addito pars ꝛ hoc sufficeret ad subiectum.

Alia opinio

tam magnitudo mobilis

¶ Ulterius est aduertendum q̃ astrologie ponuntur aliqui partes principales. prima pars considerat in generali motus situs et figuras corporum celestiũ. et ista habetur a philosopho in libro de celo ꝛ non debet dici astrologia eo q̃ non considerat tales per rationes mathematicales sed per naturales. Alia pars considerat in generali motus situs ꝛ figuras corporum celestium per rationes mathematicas. et ista habetur ab actore in isto tractatu et est generalis ad alias partes. Tercia pars descendit in speciali ad motus planetarum et circulorum in corporibus celestibus. et ista habetur a Ptholemeo in almagesti. Quarta pars in speciali descendit ad coniunctiones ꝛ oppositiones et aspectus planetarum inter se et ista habetur etiam a Ptholemeo in almagesti. Et ista pars continet sub se quosdam tractatus vbi sunt tabule sicut tabule Alphõsij et etiam tabule de linerijs. Quinta pars considerat de effectibus consequentibus coniunctiones vel oppositiones vel aspectus corporum celestium et ista vocatur astrologia iudiciaria. et etiã potest ꝓprie vocari astrologia. et ista habet ab Albumasar ĩ suo itroductorio. et etiã a Ptholemeo in suo cõtiloquio.

Quot sunt partes astrologie.

prima pars

aristoteles

2a pars

actor

3a pars

ptholemeus

4a pars

ptholemeus

5a pars

Albumasar in introductorio

ptholemeus in centiloquio

UVA. BHSC. IyR_331

Tercium dubium.

Et omnes alij tractatus astrologie ad istos reducuntur. et sic patz de isto dubio. ¶ Tertio dubitatur principaliter de diffinitione sphere quã allegat actor a Theodosio vtrum sit bona scz sphera est corpus solidum vnica superficie contentũ a quo ꝛc. Et videtur primo ꝙ non sit bona quia omne corpus est solidum et quicquid est solidum est corpus ergo superflue ponuntur ambo. Secundo sic totalis massa terre est vna sphera tamen non est contenta vnica superficie immo duabus scilicet superficie aque et superficie aeris: videlicet superficie aque in terra non habitabili et superficie aeris in terra habitabili. Tertio sic quia nullus est pũctus in sphera a quo omnes linee pertracte ad circũferentiam sunt equales. quia oporteret ꝙ talis punctus esset indiuisibilis et nullus est talis vt habetur sexto phisicorũ. ¶ Pro isto dubio est aduertendum ꝙ tripliciter capi solidum. primo modo prout tantum valet sicut firmũ vel durum sicut ferrum vel lapis et sic eo vtuntur vulgares. Secũdo modo dicitur solidum omne illud quod est continuũ et sic non capitur in proposito. Sed tertio modo dicitur illud solidum quod est terna dimensione dimensionatum non existens concauũ sed per totum plenũ sine repletione corporis alterius specici. et sic capitur in proposito. Ex quo sequitur ꝙ non superflue ponitur solidum in diffinitione/ꝑz quia non quodlibet corpus est sic solidum. ¶ Secundo notandum est ꝙ mathematici loquentes de idẽptitate linee vel superficiei non curant de idẽptitate ꝯtum ad essentiam sed solum de idemptitate ꝯtum ad continuationem seu contiguationẽ sine variatione in figuris notabilibus diuersarum specierum. Ex quo ꝑz ꝙ mathematicus diceret terram contentam superficie aque pro vna parte et pro alia parte aeris superficie esse contentam vna superficie. ¶ Tertio notandum est ꝙ mathematicus non multum curat vtrum sint realiter puncta indiuisibilia vel linee indiuisibiles vel superficies: sed solum talia ymaginatur quia admissa ymaginatione talium melius deuenit mathematicus in suũ finem. et per hoc soluitur tertia ratio sumpta a pũcto ymaginato

Quartum dubium.

¶ Dubitatur quarto vtrum entia mathematicalia sint abstracta a motu a materia et a qualitatibus sensibilibus. ꝑz ꝙ non quia talia coniunguntur et materie et qualitatibus sensibilib̃ et motibus ergo non sunt abstracta ab illis. Iterum quia entia mathematicalia diffinũtur per terminos importantes motũ vt ꝑz de sphera que diffinitur in textu pertransitum ꝛc. In oppositum est. p. sexto methaphisice et in secundo phisicorum. ꝑz etiam ex ethimologia nominis quia mathematica dicit a mathesis quod est abstractio et ycos ꝙ est scientia quasi scientia de abstractis. ¶ Pro dubio aduertendum est ꝙ omnes in hoc conuenunt scz ꝙ entia mathematicalia sunt abstracta a motu et materia et qualitatibus. Sed tamen de intentione eius dñt diuersi diuersimode. primo dñt quidã ꝙ entia mathematicalia sunt abstracta a motu ꝛc. secundum considerationẽ sed non ꝯtum adesse Alij dñt entia mathematicalia vel considerantur per terminos mathematicos vel per naturales. si per mathematicos dicuntur abstracta a motu et materia. si per naturales non. Iterum dicunt aliqui ꝙ entia mathematicalia possunt considerari secundum rem et secundũ considerationem. si secundũ rem tunc non debent dici abstracta a motu ꝛc. si tũ secundũ rationẽ tunc debẽt dici abstracta. Sed iterũ dicũt alij ꝙ entia mathematicalia pñt cõsiderari secũdũ esse: vel scõm essentiã. si scõm esse tũc nõ debent dici abstracta. si scõm essentiam tũc sunt abstracta.

Verum diffi sphere data a theodosio sit bona

ad 1. q nõ

ad 2.

ad 3.

aristoteles 6. phisicorũ

Tripliciter dicit solidũ

1. modo

2. mo.

3. modo

corolarium

alia opinio

alia opinio

euadet manifestū ex quo sequitur q̄ oportet dari duas alias spheras preter octauam quibus duo illorum motuū sint proprij et a quibus octaua sphera secundum illos motus rapiatur. ⁊ illarum suprēmā et decimam vocant primū mobile. nonam autem que duplici motu reuoluitur secūdum mobile dicunt. sic ergo patz illa minor propositio vera scz q̄ decem sunt motus in celestibus sibi inuicem incompossibiles septem videlicet in planetis ⁊ tres in stellis fixis ergo decem ponēde sunt sphere celestes ex motibus naturaliter cognoscibiles. ¶ Ad tertiā questionē de celorū et stellarū ordine dicitur q̄ est in textu conuenienter assignatus. Cognitus enī est per stellarū eclipses seu occultatiōes adinuicē. manifestū enī est q̄ illa stella que ad alterius cōiūctionē veniens illā nobis occultat nobis ꝓpinquior est occultata vero remotior. quia igitur luna cuicūqꝗ stelle aduenerit illam nobis occultat planū est ipsam lunā ceteris stellis nobis eē proximiorem ideo ponitur in primo celo inferiore circa nos Similiter quia mercurius omnes stellas eclipsat preter lunam sub omnibus stellis est preter ꝗ sub luna et sic est in secūdo celo ascendendo. Eodē modo dicitur q̄ venus est in tertio celo: quia omnes stellas preter mercurū et lunam obumbrat. Hac eadem ratione probatur martem esse in quinto celo. iouem in sexto. saturnū in septimo. quia scz tales vel tales stellas et nō alias occultare possunt. De sole tamē non est aliqua experientia q̄ eclipset vel eclipsetur ab aliqua stella ꝑter ꝗ a luna eo q̄ in eius presentia nulla stella videtur. ideo tempore Aristotelis putabatur sol esse in secūdo celo immedtate supra lunā vt ipse videtur sentire in ꝓmo metheoroꝝ. Sed Ptholemeus et omnes astrologi pariter et phisici tenent solem esse in quarto celo ascendendo scz supra tres et sub tribus planetarum in medio eoꝝ omniū sicut rex in medio sui regni. Et hoc probatur quia cum sol sit principium et fons luminis et caloris vitalis a quo et cetera astra lumen recipiunt et animātur vitam habent: si ergo sol esset in secundo celo proximus terre nimis eam calefaceret desiccaretqꝗ ⁊ consumeret cito vitam animantū (ethyopes enim breuis periodi et vite sunt ꝓpter vicinitatē torride zone in qua sol semper rotatur) et astra superiora non ita bene illuminaret. Si autem econtra sol in sexto aut in septimo celo esset astra inferiora debiliter lumen reciperent: et vita viuentium calore deseceretur et cito deficeret: vt in regionibus valde septētrionalibus hominū breuē periodū propter cādem causam esse videmus. decuit igitur diuinam prouidētiā que disponit omnia suauiter / solē medio criter a superioribus et inferioribus distantē scz i quarto celo collocare. Aliā huius veritatis rationē et quidem efficaciorem ponit Ptholemeus in almagesti vbi ex dyametro visuali solis ⁊ ex basis magnitudine arguit longitudinē radij et distantie. sed quia hec ratio valde difficilis est ꝓpter multa que ex geometria et perspectiua supponit ideo ab introductorio tractatu relinquenda est. Celum autem stellatum esse octauū pari rōne sicut in planetis cōcluditur. nulla enī stellarum fixarum aliquē planetā vnqꝗ occultauit

Ad tertiā de celoꝝ ordine.

De septē planetis.

ordo planetarum

luna in 1° celo

mercurij in 2°

venus in 3°

mars in 4°

iouis in 5°

saturn in 7°

phs. 1° metheoroꝝ.

Quomō scitū ē solem eē in quarto celo.

diuina prouidentia

ptholemeus

UVA. BHSC. IyR_331

De tribus supioribus spheris.

nec vna earum alteram ergo omnes ille sunt in vno celo et super omnes planetas. De nona autem et decima sphera (eo q stellis careant) nulla talis experientia habetur. eas tamen esse super octauam spheram ratione conuincitur. si enim octaua sphera secundum aliquos motus ab illis trahitur ⁊ rapitur oportet eas super octauam esse tanq̃ priora mobilia. et nona sub decima quia ab illa motu diurno etiam trahitur. Decima vero primũ mobile a nulla alia rapit aut trahitur sed vnico et regularissimo giratur motu omnes autẽ alias secum rapit spheras. merito igitur oibus alijs supereminet. ¶ Textus. Istarum autem. Proponit tertio qualis sit celorum figura dicens omnes celestes spheras orbiculares et rotundas esse quarum vna alteram intra se concludit eamq̃ circũdat. Sz quia de celorum rotunditate postea futurus est sermo ad sequentia transeamus. solum enim illa que auctor dubia relinquit exponere intendimus. ¶ Textus. Quarum quidem. Proponit quarto qui et quot celorum sunt motus et primo ponit duplicem celorum motum. secũdo compat vtrunq̃. ibi: sed primus: dicit ergo primo q in celestibus duplex motus reperitur vnus est motus primi mobilis (q vltimũ celũ vocat computando a luna) ⁊ fit ab oriente per meridiẽ in occidẽtẽ a quo per angulũ medie noctis reuocat se in orientem. et hic notus fit super duobus polis mundi scz arctico ⁊ antarctico ⁊ p circulum equinoctialem qui diuidit primũ mobile per medium eque distanter a duobus polis huius motus et propter hoc dicitur primũ motum p medium diuidere. de nominibus autem et officio equinoctialis et polorum infra secũdo capitulo dicetur. Alius motus est nouem inferiorũ sphe rarum oppositus primo qz ab opposita pte incipit scz ab occidente tendẽs p meridiẽ in orientem ⁊ iterũ rediens in occidentẽ qui motus fit sup alijs polis distãtib̃ a primis p viginti tres gradus ⁊ triginta tria minuta secũdũ Almeonem vel dnquaginta vnũ minuta secũdũ Ptholemeũ. ergo p ares intelligit polos accipit eũ terminatum p termio. Iste motus secũdus etiã fit p aliũ circulum qui diuidit secũdũ mobile scz nonã sphe ram per mediũ equidistãter a polis huius secũdi motus et hic circulus dicit zodiacus de cuius noibus descriptione et officio in capitulo secũdo determinabitur. ¶ Notandũ q vt habetur in p̃mo de celo motui circulari nullus alius motus est contrarius ideo cum textus dicit huic oppositus oz intelligere id est ab hoc diuersus. et qõ dicitur per obliquum potest exponi dupliciter vno modo id est per zodiacum. qui est circulus obliquus vt dicitur in secundo de generatione. sicut enim equinoctialis est via p quam fit motus primi mobilis ita etiam zodiacus ẽ via per quam fit motus inferiorum spherarum vt infra dicetur. Aliomodo potest intelligi q secundus motus est oppositus primo per obliquum id est non directe oppositus sed obliquõ. esset enim impossibile q per eundem circulum et super eisdem polis vna sphera ad partes directe oppositas per dyametrum in oriente ⁊ occidente simul moueretur. ¶ Notandum etiam q celum ab astrologis primo diuiditur in duodecim partes equales que dicuntur signa ideo signum est duodecima pars celi Iterũ aũt quodlibz signũ diuidit̃ in trigita ptes equales que dicũtur gradus. quilibet etiam gradus diuiditur in seraginta partes equales que dicuntur minuta. sed de huiusmodi diuisionibus infra capitulo secũdo amplius dicetur. Quod ergo in textu dicitur distantes a primis viginti tribus gradibus et cetera si bene intelligatur sunt fere quattuor quinte vnius signi. ¶ Textus. Sed primus motus. Compat duos p̃dictos motus adinuicem vbi simul et tempora quibus illi motus perficiuntur et subdiuisionem secũdi motus ab occidente declarat. Compatio ergo est q primũ mobile motu suo omnes inferiores spheras secum trahit ⁊ rapit ⁊ sic tota regio celestis simul̃ hoc motu vnam reuolutionem in viginti quattuor horis (que continent diem et noctem artificiales) circa terram perficit. Sed inferiores sphere cõtra nituntur moueri primo mobili ab occidente versus orientem super polos suos per circulum zodiacum vt dictum est. ipse tamen inferiores sphere non rapiunt primũ mobile hoc suo motu secundo sicut econuerso. Hic vero secũdus motus multiplex est ideo non eodem tẽpore sicut motus p̃mi mobilis sed in diuersis spacijs temporum reuolutiones suas complet. Nona quidem sphera suum proprium motum ab occidente in quadraginta nouem mille annis perficit. et in ducentis annis gradum vnum zodiaci primi mobilis cum dimidio fere pcurrit. hec autem sphera omnes octo iferiores secum hoc motu rapit et trahit scz celum stellatum et septem spheras planetarum quo ad orbes deferẽtes auges eccentricorum preter q̃ orbes augis lune de quibus tamen plenius quarto capitulo huius dicetur. Quod autem additur ĩ textu secũdũ lõgitudinẽ itelligẽdũ ẽ idest ab occidente in orientem qua ex parte sumitur longitudo vniuersi secundum astrologos latitudo vero ab equinoctiali versus polum vt patebit infra capitulo secundo. Octaua vero ⁊ stellifera sphera motum sibi proprium (qui vocatur motus trepidatiõis aut motus accessus ⁊ recessus de quo infra capitulo quarto) in septem millibus annorum circulos duos paruos describẽdo in capitibus arietis et libre none sphere pficit. et gradũ vnum zodiaci primi mobilis quandoq̃ tardius scz in centum annis. quandoq̃ velocius hoc est in seraginta ãnis. quãdoq̃ vero in alio mediocri temporis interuallo ptransit. hec tamen diuersitas ex habitudine motus none sphere ad motũ octaue prouenit vt postea explicabitur. Saturnus autem reuolutionem integram fere triginta annis perficit. Iupiter fere in duodecim. Mars in duobus ãnis fere. Sol venus et mercurius in anno q est. 365. dierum et sex fere horarum spacium. Luna vero in viginti septem diebus et octo horis. Que oia de medijs motibus planetarum (quos equales vocant) sunt intelligenda. veri aũt motus eorum quandoq̃ in maiore qñq̃ in minori tempore fiunt vt pz in tabulis alphonsi. ¶ Notandum q textus de motu spherarũ celestium iuxta sententiã eorum qui decem spheras ponunt (eo q illorum sententia videtur probabilior) determinat.

Celorũ figura

duplex celorũ motus

almeon

ptholemeus

phys. 8. de celo

Quomõ est accipiendũ motũ secũdũ esse cõtrariũ primo

diuidit celum

Quid intelligit p gradus ⁊ minuta.

diuidit signum

diuidit gradum

in quibus temporibus omnes celi reuolutionem suam complent

quid lõgitudo secũdũ astrologos

quid latitudo

diuersitas opinionũ circa octauam et nonam spheras

alphonsus Rex in suis tabulis

UVA. BHSC. IyR_331

ptholemeus

cõtrouersia ptolemei ⁊ thebit de motu octaue sphere.

thebit

ptholemeus

sed secundũ ponẽtes nouem tantũ spheras ille motus qui dicitur ab occidente i oriẽtẽ esset ꝓprius octaue sphere quo secundũ Ptholemeũ in centũ annis gradum vnũ zodiaci regulariter percurrit. ideoq; totũ circulum in triginta sex millibus annorũ perficit. atq; hoc motu omnes auges planetarum preter lune secum rapit. sed nona sphera que ponitur ab eis primũ mobile vnico scz diurno motu (secum omnes octo inferiores spheras rapiens) reuoluitur. Thebit vero licet tantũ nouẽ spheras ponat motũ tamen ab occidente in orientẽ secundũ longitudinẽ zodiaci octaue sphere negauit eidẽ tamẽ motum trepidationis proprium cõcessit Ptholemeus vero econtra hũc in octaua sphera negauit illũ vero approbauit. Alij vero planete etiam secũdũ istos astrologos in spacijs temporũ in textu nominatis proprijs motibus reuoluũtur. que tamen tẽporũ spacia nõ precise sed grossomodo et ꝓpe veritatẽ sunt accipienda ideoq; in omnibus hijs hec particula fere subintelligatur. Et secundũ istorũ sententiã littera auctoris procedebat quã tñ parũ ĩmutauimus et ad sententiã modernior astrologorũ reduxim⁹. secũdũ quos oz dicere q̃ ille motus ab occidente in orientem primo cõuenit none sphere que nõ est primũ sed secũdũ mobile et ipsa hoc motu octauã sphera et auges planetarũ vt dictum est secum rapit. Octaua vero sphera preter motum primi mobilis et motũ none sphere habet aliũ tertiũ motũ sibi ꝓpriũ qui nõ fit super polos zodiaci vel eq̃noctialis sed super duo pũcta opposita in zodiaco que sunt principia arietis ⁊ libre none sphere vbi duos paruos circulos in septẽ mille annis principia arietis et libre octaue sphere describunt. atq; gradũ vnũ predictorũ circulorũm fere in viginti annis percurrunt. quo etiã motu omnes auges planetarũ preterq̃ lune octaua sphera secum rapit. sed de his omnibus lõgus sermo in quarto capitulo futurus est. ¶ Notãdum etiam q̃ cũ in celestibus nulla sit motuum contrarietas/nulla violentia/ aut fatigatio/nullaq; mobilium resistentia: cum dicimus primũ mobile alias nouẽ spheras inferiores vel secũdũ mobile octo sibi subiectas aut octauã sphera̅m auges planetarum secũ impetu suo rapere sane intelligendũ est ac si diceremus inferiores spheras ad motum superiorum de per accidẽs trahi. sicut nauta fertur ad motũ nauis in qua est. et aqua ad motum vasis in quo continetur. non q̃ inferioribus spheris fiat aliqua violẽtia quandoquidẽ in naturaliter subordinatis q̃ est naturale superior est quodãmodo naturale et inferiori. Et cũ dicimus inferiores spheras primo mobili ꝓtranitti intelligendũ est id est motu alio et diuerso a motu primi mobilis moueri scz ab opposita in oppositam partem.

Quomõ intelligit q̃ primũ mobile rapit iferiores spheras

¶ Reuerendissimi domini Petri de aliaco Cardinalis et episcopi cameracẽsis doctorisq; celebratissimi Questio secunda.

Ꝗ. 1°

Queritur secũdo vtrũ sint precise. 9. sphere celestes et non plures nec pauciores. Et arguitur primo q̃ nõ. Et ꝑmo q̃ sint pauciores qꝛ nulla est sphera celestis ergo. 9ña tenet añs pꝛ quia sphera dꝛ esse corpus solidũ vt prius dictũ est mõ nulla est sphera in celo que sit corp⁹ solidũ ĩmo quelz est concaua. ¶ Secũdo sic qꝛ si essent plures sphere celestes vel essent ꝓtinue vel ꝓtigue. sed nullũ põt dici igitur. maior nota est minor pꝛ primo q̃ nõ sint ꝓtinue qꝛ ꝓtinuorũ est idẽ motus mõ spherarũ celestiũ nõ est idem motus. nã orbes inferiores mouẽtur ꝓtra motũ firmamẽti cõplẽdo reuolutiones suas in certis tẽporibus. Nec põt dici q̃ tales sunt cõtigue q̃ pꝛ qꝛ captis superficiebus duarũ spherarũ ĩmediatarũ. s. cõuexa inferioris ⁊ ꝓcaua superioris tunc q̃ritur vel ille due superficies sint ecdẽ vel diuerse si eedẽ sequit tũc q̃ ille due sphere sunt vna ex quo earũ vltima sunt vnũ. Si sint diuerse q̃ritur vtrũ sint equales vl' inequales. Si sint equales tunc hoc est contra Euclidẽ in vna ꝓ positiõe tertij geometrie q̃ circa idẽ centrũ nõ ꝓtingit collocare plures circulos equales. Si sint ĩequales sequitur q̃ cũ vna ꝓtineat aliã tanq̃ locus locatũ q̃ locus non est equalis locato contra. p. quarto phisicorũ. Et confirmat rõ et ymaginet vna linea ꝓtracta a centro terre per vnã illarũ spherarũ vsq; ad supficiem cõcauam sphere continentis ⁊ capiat punctus terminãs illam lineã. Tunc querit vtrũ talis punctus sit in supficie cõuexa sphere inferioris vel nõ. Si sic sequit q̃ cũ in supficie ꝓcaua sphere superioris sit tunc ille hñt eandẽ supficiẽ q̃ ꝗ est ꝓpositum. Si dicat q̃ nõ tunc capio punctũ terminãtem lineã in supficie ꝓuexa spe inferioris ⁊ punctum in ꝓcaua superioris. ⁊ inter illa duo puncta est distantia ⁊ sic ille due distant ab inuicẽ ⁊ per 9ñs inter eas est vacuum cõtra. p. 4. phisicorũ ¶ Tertio sic qꝛ est solum vna sphera aque/vna terre/ ⁊ sic de alijs q̃ etiã est vna sphera celestis 9ña tꝛ. a simili ⁊ pꝛ ex alia ratiõe qꝛ nisi sic tunc essent plura corpora simplicia q̃. 5. ꝓtra. p. primo celi. sequeretur etiã q̃ idẽ motus simplex deberetur pluribus corporibus simpliciby scꝛ se cõtra eũdem ibidem. ¶ Quarto sic qꝛ nõ ẽ nona sphera igit. tꝛ 9ña. pbatur añs qꝛ superflue eẽt illa nona sphera q̃ nõ est. tꝛ 9ña qꝛ deus ⁊ natura nichil faciunt frustra. pbatur añs qꝛ si nõ eẽt superflue maxie deseruiret ad influendũ in istis inferioribus sꝛ hoc nõ q̃. 9ña est nota maior pꝛ qꝛ ꝓter aliam causam nõ req̃rũtur corpora celestia. maior pꝛ qꝛ sphera nõ influit nisi rõe stelle in ea poite mõ in illa nona sphera nulla est stella sꝛ bene in alijs q̃ nõ influit. ¶ Deinde arguitur q̃ sint plures qꝛ plures sunt stelle q̃. 9. vt notum est mõ q̃lz stella est vna sphera q̃ est corp⁹ solidũ vna supficie ꝓtentũ q̃ sunt plures spe q̃ nouẽ. ¶ Secũdo sic qꝛ ꝓ quolz planeta ponuntur tres orbes seu sphere q̃ ponũtur plures q̃ .9. 9ña est nota. añs pꝛ qꝛ ꝓ sole ponuntur tres orbes. s. duo eccẽtrici q̃tũ ad vnã supficiem et tertius eccentricus q̃tũ ad ambas. et ita etiam ꝓ quolz planeta cũ hoc etiã q̃ ponũtur epicicli ꝓ aliq̃bus planetis. ¶ In oppositũ arguitur ꝓ auctorẽ in lra ⁊ etiã ꝓ astrologos ponentes. 9. spheras celestes. In q̃stione erunt duo articuli In primo erũt notabilia. et videbitur de. 8. sphe ris inferioribus. Et in secõ videbitur de nona an sit ponẽda ⁊ an sunt plures ⁊ mouebunt dubia. ¶ Quantum ad primum sciendum est q̃ sphera hic sumenda est large prout se extendit ad orbem. Secundo notandum est q̃ aliq̃ yma-

Primus articulus

UVA. BHSC. IyR_331

Opinio.

ginabant celū esse vnā massam totaliter continuā ꝛ vna eiꝰ ps moueat ad vnā ptē ꝛ alia ad aliam ptem. nec sic ex talibus diuersis motibus sequit discōtinuitas qꝛ poncebant celū esse talē massam fluxibilem ad modū aq̄/mō fluxibilium bene sunt diuersi motus q̄uis continuoꝛ sicut aqua. Sed breuiter illa ymaginatio est contra

Reprobatio.

Aristotelē ꝛ oēs phōs ꝛ astrologos: nā sic haberēt ponere vnicā sphērā celestē ꝛ stellas moueri sicut pisces in aquis qꝰ est falsum. Et ideo aliter dicendū est de cōtinuitate partū eiusdem sphere iter se ꝛ de discōtinuitate diuersarū sphe

Quot modis dr continuū

rarū inter se. ¶ Pro quo notandū est q̄ dupliciter dr̄ aliqua cōtinua. vno mō de per se sicut homo dicit vnus homo cōtinuus. aliomō quantitatiue ꝛ huiusmodi ꝓtinuitas quantitatiua dr̄ esse q̄dā qualitas secūda ꝓ̄ns ex hūido viscoso qua qualitate ꝓtes se tenēt adinuicē. ꝛ ab aliq̄bus vocatur tenacitas ptiū. Sꝛ q̄tū ad corpora celestia est ymaginādū q̄ sicut in illis est raritas ꝛ dēsitas alterius rationis q̄ sint raritas et densitas in istis inferioꝛibus ita et ꝓtinuitas. et ideo qꝛ partes eiusdē sphere se tenēt dicimꝰ esse vnā sphērā ꝓtinuā. et partes duarū sphera rū nō se tenēt. ideo nō dicimus eas eē ꝓtinuas sed bene ꝓtiguas. Verūtā q̄dā volebāt reddere cām ꝓtinuitatis ꝛ discōtinuitatis in celo per intelligētias. vñ sicut nō stat hic iferius aliqua esse cōtinua habētia formas diuersarū specieꝰ ita etiā in celo nō stat aliquas spheras esse ꝓtinuas si habeāt diuersas intelligentias. istud tamē nō sufficit ꝓpter vnā causam quia ī diuersis

Triplicit capitur sphera.

eccentricis eiusdem sphere totalis est eadem intelligentia tamen sunt discōtinui inter se. ¶ Secundo notandum est q̄ capiendo sphērā large sphera capit tripliciter. primomodo qꝛ est q̄dā ps celi spherica q̄uis non separata a toto nec suppositū talit erñs. ꝛ istomodo q̄lꝛ stella vocatur vna sphera ꝛ sic sunt plures sphere q̄. 9. vt notum est. secūdo modo dr̄ aliqua sphera quia est vnus oꝛbis separatus a toto ꝛ suppositū taliter erñs ꝛ istomodo ꝓ quolꝛ planeta sunt tres sphere vel tres oꝛbes. verbi gratia ꝓ sole sunt tres oꝛbes qui dr̄ eccētrici. s. vnus q̄ est eccentricus quo ad supficiē concauā solū. ꝛ alter est eccentricus quo ad supficiē ꝓuexā tm̄. et alter est eccentricus quo ad ambas ꝛ vocatur deferens. Et isto mō etiā epicicli dr̄ oꝛbes ꝛ sphere et sic secundū istū modū sunt plures sphere q̄. 9. vt notum est. Sꝛ tertio modo dicit aliqua sphera vna qꝛ est aggregatū ex oībus oꝛbibus req̄sitis ad saluandū oia illa q̄ apparent circa motū alicuius planete. ꝛ isto modo tres eccentrici cum epiciclo ꝛ corpoꝛe planete non dr̄ nisi vna sphera ꝛ ita loquendū est de spheris in ꝓ posito. Unde aduertendū est q̄ aliq̄ negauerūt huiusmodi eccentricos ꝛ epiciclos ꝛ apparentias cogentes phōs et astrologos ponere huiusmodi epiciclos voluerunt saluare ꝓ inundatōes ptiū celi sicut ꝓ inundatōes ptium maris.

De octo iferioꝛibꝰ spheris

¶ Tertio notandū est q̄. p. viderūt plures stellas moueri ab oriente in occidentē ꝛ viderūt illas stellas ꝓtinue se hr̄e in eadē ꝓpinquitate et distātia ab inuicem ꝛ primo moti fuerūt ponere vnā sphērā ꝓ oībus illis que vocatur firmamētū ꝛ illa ponitur esse. 8. sphera a phis ꝛ ab astrologis. Deinde ipsi viderunt alias. 7. stellas aliquādo plus appꝛopinquare adinuicē aliquādo plus recedere: aliquādo cōiūgi inter se: et aliqñ opponi: et ꝓ hoc cōcludebāt q̄ ille. 7. erāt in. 7. oꝛbibus diuersis supposito q̄ stella non mouet in celo sicut piscis in aqua. et ille. 7. vocantur planete erratici. Et alie stelle que sunt ī octauo celo vocant stelle fixe. Et de oꝛdine istoꝛ oꝛbiū. 7. planetarū erraticoꝛ oꝛbis saturni ponit superioꝛ post. 8. sphērā: deinde oꝛbis iouis. deinde oꝛbis martis. deinde oꝛbis solis. deinde oꝛbis veneris. deide oꝛbis mercurij. et finaliter oꝛbis lune. Et hec de primo articulo. ¶ Quātum ad secūdū aduertēdū est suppositō q̄ sunt. 8. sphere inferioꝛes. s. 7. sphere. 7. planetarū erraticarum et octaua q̄ dicitur firmamentū q̄ de positōe. 9. sphere fuit vna opinio antiquoꝛ. p. ponētiū. 9. sphērā nō esse ponendā sed p̄cise octauā. Et isti nō perceperūt. 8. moueri pluribꝰ motibꝰ sed p̄cise dicebāt ipam mouerī vno motu firmamēti scꝛ diurno. Et ideo nō ꝓceperūt necessitatē cogētē ponere. 9. spheram. Secūdo articulus De nona sphera.

Secūdꝰ articulus De nona sphera.

Sed breuiter illa opinio est cōtra astrologos ꝛ fundatur in vno q̄ est cōtra rei veritatē scꝛ q̄ octaua sphera non mouet nisi vno motu simplici. Et ideo est alia opinio ponēs istā ꝓclōnē q̄ ē ponēda vltra octauā spā. 9. Pro cuius declaratione ponēde sunt alique ꝓ positiones vel suppositiones. Primo supponitur q̄. 8. sphera. mouet duplici motu. s. vno motu ab oriente in occidentē supꝛa polos mundi q̄ vocatur motus diurnus. ꝛ alio motu ab occidente in oꝛientē super polos zodiaci qui vocat motus sibi proꝛpꝛius. Unde primo motu. 8. sphera ꝓplet reuolutionē suā in. 24. hoꝛis sꝛ secūdo motu solum mouet vno gradu in. 100. annis et sic in. 36000. annis complet reuolutionē suā et ꝓpter hoc q̄ iste motus proꝛpꝛius est nimis tardus ideo antiq̄ phi nō perceperunt illum. Secundo supponitur q̄ eadem sphera non mouet diuersis motibus a diuersis intelligencijs sibi applicatis. Tertio supponitur q̄ aliqua sphera nūq̄ mouetur ad motū sphere inferioꝛis sed bñ ad motū sphere superioꝛis ptꝛ ex essentiali suboꝛdinatione intelligentiarū secundū q̄ suboꝛdinātur oꝛbes. Quarto supponitur q̄ vna sphera non mouetur diuersis motibus secūdū naturā ꝓpriā. ¶ Istis suppositis ꝓbatur ꝓclusio quia octaua sphera mouetur duplici motu ꝓ primā suppōem ꝛ non per eandē intelligentiā sibi applicatā per secundā: nec a diuersis sibi applicatis per tertiam ergo mouetur vno suo motu ad motū alicuius alterius sphere: et non sphere inferioꝛis ꝓ quartā suppōem ergo hoc est a motu superioꝛis ꝛ habet ꝓpositū ꝛ sic pꝛ ꝓclō ꝓbata.

Cōclusio responsalis.

Verūtamē fuit vna opinio aliquoꝛ ponētium octauam sphērā moueri duplici motu vt dictū est non tamen ꝓpter hoc posuerūt nonā sphērā et dixerunt q̄ ipsa mouetur duplici motu ab eadem intelligentia. Et ad hoc mouebantur duplici rōne. Prima est q̄ sphera nobilioꝛ dr̄ esse supꝛema inter alias mō. 8. nobilioꝛ est cū sit decoꝛata tot notabilibus stellis et non aliqua aliarum q̄ debet esse supma. Secunda ratio qꝛ illa. 9. de nullo deseruiret qꝛ non influeret in istis inferioꝛibus ꝓpter defectum alicuius planete. Sed breuiter q̄ sit ponenda. 9. arguitur qꝛ mo-

Opinio quoꝛūdā.

Reprobatio.

UVA. BHSC. IyR_331

tus primi mobilis dz esse simplicissimus secūdū q̃ habetur.8. phisicoꝝ ergo primū mobile debz moueri vnico motu simplici sed sic nō est de octaua sphera igitur ipsa nō est primū mobile et p ꝓns nona sphera est ponēda. Secūdo sic tēpus est mēsura motus primi mobilis vt habet quarto phisicoꝝ cū ergo tēpus debeat esse regulare cū sit mēsura oim alioꝝ sequitur q̃ motus primi mobilis debet esse regularissimus et p ꝓsequēs simplex et sic ponenda est nona sphera. ¶ Sed restat dubitatio si vltra illā nonā sphērā sit aliquid. breuiter istud dubiū pōt hr̄e duplicē sensum: vnus est de alijs spheris scz vtrū supra illam nonā sit ponēda aliqua alia sphera. vel sic vtrū vltra illam nonam spheram sit aliquid. Et primo dicendum est de primo sensu. et postea de alio. Pro quo est aduertendum q̃ cōis opinio apud astrologos est q̃ adhuc vltra. 9. decima sit mobilis probant hoc suppositis tribus suppositionibus vltimis positis pro questione prius posita. vltra supponunt q̃ octaua sphera cū motu proprio ꝛ diurno mouetur tertio motu qui dicitur motus accessus et recessus. Quo supposito probant intentum suū arguendo sicut prius quia octaua sphera mouetur duobus diuersis motibus preter suum motum proprium: et non mouetur illis duobus motibus ad motum eiusdem sphere superioris: sed ad motum duarum scz vno ad motum none sphere et alio ad motū decime sphere. ¶ Ulterius aduertendum est q̃ ꝓbabile est ponere vltra spheras mobiles spheram quiescentem. Hoc potest persuaderi aliquibus rationibus. Prima est supposito primo q̃ quicquid mouetur localiter mutat locum secūdum se vel suas partes. suppositio nota est ex terminis. ex quo sequitur q̃ quicquid mouetur localiter est in loco patet quia alias non mutaret locum. Quibus suppositis arguitur sic. quelz sphera mobilis mouetur localiter vt supponitur ergo mutat locum secundum se vel secundū suas partes per primam suppositionem. ergo est in loco per secundam. et vltra quelibet sphera mobilis est in loco sed non in sphera sibi inferiori: quia locus debet circundare locatum: ergo est in sphera superiori et per ꝓsequens oportet esse aliam quiescentem. Secunda ratio est: quia in celo reperiuntur differentie pōnū scz ante/retro/dextrum et sinistrum: non solum per respectū quo ad nos sed ex natura rei vt dicit philosophus secūdo celi. modo hoc non potest saluari per spheras mobiles. et causa est quia in spheris mobilibus pars que est modo dextra: iam erit sinistra: et pars q̃ modo est sursum erit iam deorsum vt docet experientia ergo sequitur q̃ oportet ponere spheram quiescentem in qua ex pte rei reperiantur huiusmodi dr̄e positionū. Tertia ratio est quia diuersitas in fructibus et moribus hominū et in pluribus alijs reperitur impartibus terre inter orientem et occidentem que partes terre distant a polis. modo ista diuersitas non potest saluari ex parte sphearum mobilium cum omnes habitantes in illis partibus equales aspectus habeāt ꝗtū est ex parte corporum celestium. et ideo ad hoc saluandum oportet ponere quiescentē sphērā. Posset cōfirmari quia omnes stelle maiorem virtutem habent in oriente q̃ in alia parte celi. et sic ponendum est esse spheram quiescentem. et sic patz quomodo probabile est ponere vndecim orbes celestes vel spheras scz.x. mobiles ꝛ vndecimā quiescentem. Sed de secundo sensu dicendum est q̃ vltra vltimam spheram nichil est. pz quia si esset aliquid vel illud esset corpus celeste vel corpus elementale. Non primū quia tunc vltra vltimam spheram esset alia. nec elemētare quia oporteret q̃ ibi perpetuo violente collocaretur et de hoc determinatur magis plene in secundo celi. ¶ Ad rationes ad primam dicitur breuiter q̃ licet antecedens sit falsum consequentia non valet: quia ibi capitur sphera large prout se extendit ad orbem. ¶ Ad secundam dicitur q̃ sunt contigue ad improbationem dicitur q̃ due et diuerse superfcies sunt. Et cum queritur vtrum sint equales dicitur q̃ sunt inequales. et tunc cum dicitur locus est equalis ꝛc. dicitur q̃ illud est intelligendum q̃ locus est equalis locato q̃tum ad continentiam et q̃ continet locatum et non plus neqz aliquid aliud. Ad confirmationem admittatur casus/ et tunc cum queritur vtrum illa sint immediata vel non ꝛc. dicitur q̃ sunt immediata inuicem nec est inconueniens de pūctis terminantibus: sed bene est inconueniens de punctis continuantibus vt habetur sexto phisicoꝝ modo illa duo pūcta sunt terminantia et non continuātia quia sunt in corporibus discontinuis. ¶ Ad tertiam etiam cōceditur cōsequēs sed nō solū etiā cōsequētia nō valet nec est simile. Et cū probatur ratiōe quia plura essent corpora simplicia q̃ quinqz conceditur secundū speciem specialissimā sed secūdū subalternam solum sunt quinqz et ita diceretur etiam de motibus simplicibus. ¶ Ad quartam negatur antecedēs. Ad probationem negatur quod superflue poneretur. et cum dicitur q̃ ꝛc. negatur q̃ nō influat. Et cū dicitur sphere non influūt nisi ratione stelle dicendū est q̃ secūdum aliquos plures sunt stelle i illa nona sphera sed non videntur propter nimiam distantiam. Aliter posset dici q̃ non oportet quālibet influentiam prouenire ratione stelle. Ad alias rationes dicitur q̃ ille non arguunt contra dicta quia nō arguunt capiendo spheram tertio modo dicto in tertio notabili: et hec de questione. Auctoritas post oppositum est pro dictis.

Bonum dubium

De sphera quiescente.

Ad rōes q̃stionis.

¶ Tertia pars probat que in secunda parte dicta sunt et primo de motibus celorum.

Quod autem celum voluatur ab oriente in occidentem duplex signum est. primum quia stelle que oriuntur in oriente semper eleuantur paulatim et successiue quousqz in medium celi veniant: et sunt semper in eadem propinquitate et remotione ad inuicem: et ita semper se habentes tendunt in occasum continue et vniformiter. Est et aliud signum stelle que sunt iuxta polū arcticum (que nobis nunqz occidunt) mo

De motu primi mobilis.

Primum signum.

Secūdū.





UVA. BHSC. IyR_331

uentur continue et vniformiter circa polum describendo circulos suos: et sunt inequali distantia adinuicem et propinquitate. Unde per istos duos motus continuos stellarum tam tendentium ad occasum q̃ non: patet q̃ firmamentum mouetur ab oriente in occidentem. Sed q̃ inferiores sphere moueantur ab occidente in orientem plura sunt inditia. Si quis enim lunam de sub radiis solis exeuntem vesperi certa hora inspiciat: notetq̃ eius ab occidente distantiam: sequentibus diebus eadem hora propiorem eam videbit orienti. In sole autem hoc est signum. si eo occasum tenente stellam aliquam fixam in aliquanta ab occidente distantia notauerimus: post hebdomadas duas aut tres iterum sole occiduo eandem stellam soli et occidenti videbimus propinquiorem. sol igitur accessit ad stellam quod est orientē versus moueri. Erraticarum vero quinq̃ stellarum motus ad orientem (eis ad stellas fixas: qnibus propinque in noctis serenitate apparent: relatis) manifeste deprehenduntur. In octaua autem sphera propter eius tarditatem motum hunc vnius hominis vita experiri non potest. locis tamē stellarum in vita vnius ad eadem in vita alterius comparatis cognitus est. De nona autem sphera nulla oino experientia (cum stellis careat) sed sola ratione cogente id habitum est.

De motu aliorum. De luna.

De sole.

De q̃nq̃ alijs planetis.

De octaua sphera.

De nona

¶ Hec est tertia pars principalis huius capituli in qua auctor pbat fere omnia que in secūda parte precedente proposita sunt. habet igitur duas particulas prima pbat ea q̃ circa regionem etheream proponebātur. secunda que incipit ibi: quod etiam terra. pbat circa regionem elementarem proposita. ordine eim retrogrado in probatione sua pcedit. ¶ Circa istā primam particulam est notandum q̃ quattuor principalia fuerant circa regionem ethereā p posita diffinitio scz/diuisio/figura/et motus celorū duo autē prima phicam magis q̃ astrologicā expetunt probationē. et si quid eorū astrologo est pertinens in superioribus expositionibus proposse enodauimus. duo igitur vltima probat figuram scz ⁊ motum celi Primo itaq̃ probat ea que de motibus celorum dicta sunt secūdo ea que de eorum figura posita fuerant ibi: quod aūt celum sit rotundum. motū aūt celorum signis ⁊ experimētis sicut dictum est fieri probat. In probatione autē duo facit. primo probat motum primi mobilis. secundo motus inferiorū sphearū: ibi: sed q̃ inferiores. motum primi mobilis (quo etiā oēs sphere reuoluunt) duplici signo probat esse. primū sumit ex stellis q̃ nobis oriūtur et occidūt et est tale. videmus eim p stellationē aliquā duaꝝ triū aut pluriū stellarū nobis notā vt ybi gra pleyadas sup oriētē eleuatas pmnue quousq̃ ad mediū celi venant a quo iterum labūtur ⁊ descendunt in occasum ergo celum mouetur ab oriente per meridiem i occidentem. antecedens patet ad sensum consequentia probatur quia dicte stelle non mouentur per se sed per accidens ad motum sui orbis q̃ ex eo patet quia vt dicit textus semper ad se ipsas eandem habent propinquitatem et remotionem. Vel forte hoc dixit ad remouendum ca uillationem poterat enim aliquis dicere q̃ non sunt heedem stelle sed alie ille que apparent in oriente ab hijs que postea in meridie vel occidente videntur. Sed hoc falsum est quia semp videmus totidem stellas numero et in eadem distantia et propinquitate adinuicem. Istud tamen signum immediate et directe probat octo spheras inferiores ab oriente in occidētem moueri: mediate vero ⁊ directe primum mobile q̃ illas tali motu rapit. ¶ Secundum signum ponitur ibi est et aliud. q̃ sumitur ex stellis propinquis polo arctico cuius modi sunt due vrse que nobis septentrionalibus nunquam occidunt. ille enim circulariter voluuntur in circuitu poli que zenit capitum nostrorum quandoq̃ appropinquantes inde versus occidentem declinant cum vero circa orizontem descenderit hinc versus orientem recurrunt. ergo celum stellatū in quo dicte vrse sunt et per consequens primum mobile circunducitur ab oriente per meridiem versus occidentem iterum rediens in orientem. antecedens supponitur sensu manifestum cōsequentia probatur sicut prius semper enim ille stelle sunt in eadem distātia adinuicem. Patet ergo per hec duo signatam stellarum tendentū ad occasum q̃ etiam aliarum que nobis nunq̃ occidunt firmamentum id est celum stellatum ⁊ per pīs totam celestem regionē moueri ab oriēte versus occidētem. ¶ Notandū q̃ iste due rationes nichil cōcluderent si quis proterue vellet dicere q̃ celū non mouetur sed oino quiescit terra aūt simul cum mari circulariter mouetur ideoq̃ ortū ⁊ occasum stellarū suo motu nobis apparere facit. Sed dicendū q̃ ly ortus ⁊ occasus stellarū possit saluari illo mō nō tū pīunctiones ⁊ eclipses aut alij aspectus. Hec tū obiectio infra cum de quiete terre disseremus falsa ⁊ inefficax apparebit. ¶ Notandū etiā q̃ ideo celum ab oriēte in occidentē scōm oēs suas sphe ras mouet vt influentie et virtutes stellarum ad oēs ptes terre peruenant. motus eim iste primi mobilis de quo nunc loquimur scōm phīm in secundo de generatione est causa esse ⁊ pmanētie rerū corporalium. motus vero alius qui est per circulū obliquū ⁊ quo adducitur ⁊ abducit generans sol cā est varietatis ⁊ alternationis generationū ⁊ corruptionū. Antiqui tū phi vt pz i secundo metheororū pter oppositā cām celum sic terrā circuire dicebant credētes. s. solē ⁊ alia astra esse animalia cibo egētia sicut ⁊ terrestria animalia: cibus aūt astrorū humidū ab aqua et terra per euaporationem eleuatum dicebatur.

probat motum primi mobilis duplici signo primum

Zm. signum

Cauillatio dictorū aduertenda.

Quare celū motu suo terrā circuit

phs 2o de generatione

2o. metheororum

UVA. BHSC. IyR_331

sic ergo fame compulsa astra terrā et mare circuire putabāt vt ex diuersis partibus sufficiēs haberetur alimentum: sed istos Aristoteles deridet. ¶ Textus. Sed q̄ inferiores. Probat secūdū motum spherarum inferior et primo quo ad septem planetas. secūdo quo ad duas alias spheras. ibi: in octaua autē. Circa motus aūt proprios planetarū tria facit. primo dat experimentū de motu lune dicens hoc modo lunam versus orientē moueri nos posse deprehēdere. si enim post coniūctionē suā cū sole (quādo noua apparet) inspiciatur certa die et hora vt puta hodie hora sexta vespertina et notetur secūdū existimationē eius ab occidente et a sole distantia. sequēti secūdo aut tertio die notabiliter ab occidente et a sole eadē hora remotior orientiq̄ propinquior videbitur et sequentibus adhuc diebus propinquior. tandē post quartā decimā diē opposita soli occidenti eadem hora in oriente videbitur ergo luna mouetur ab occidente versus orientem et per psequēs celū eius ¶ Secūdo ibi. In sole autē probat idē de sole etiā sensibili experimento q̄ tale est. notetur stella aliqua fixa (cū sol occidit) prope occidētem apparens et signetur per ymaginationem talis stelle a sole et occidente distantia. post q̄ndecim vero aut viginti dies iterū sole in occasu posito eadē stella fixa inspiciatur et videbitur soli ⁊ occidenti notabiliter propinquior. et sic in plurib̄ adhuc diebus appareret propinquior et tandē stella disparebit pre nimia eius ad solem ꝓpinquitate. igitur oportet dicere q̄ vel stella accessit ad solem vel econuerso sol ad stellā. sed non potest dici primū quia nō accessit stella ad solē per motum primi mobilis quia illo motu equali tēpore omnes sphere rapiuntur. nisi enim essent motus proprij planetarū quecūq̄ due stelle siue fixe siue erratice aliquanto spacio celi distarent semper tanto precise distarēt. Nec accessit stella ad solem per motū proprīū octaue sphere quia ille motus non est ad occidentē sed ad orientem vt paulo post apparebit. et dato q̄ esset ad occidentē cū motus ille tardissimus sit: nō fieret in tam paruo tēpore tā notabilis appropinquatio eius ad solē. oportet ergo dicere secundū scz q̄ sol accessit ad stellā et hoc est moueri ad orientē. ¶ Tertio ibi. erraticarum vero. Dat signū de motu proprio aliorū quinq̄ planetarū a luminaribus et est q̄ cognito aliquo eorū in stellate noctis claritate notetur stella aliqua fixa iuxta illū eiusq̄ ab ea distantia. et post duas aut tres sex vel octo noctes iterū eedem stelle fixa scz et erratica inspiciātur. et reperietur planeta eidē stelle fixe aut ꝓpinquior aut remotior ergo planeta ille (si non retrogradus fuerit) ad orientē mouetur. patet cōsequētia sicut in experimento de sole. Sed de differentia stellarum fixarū ab erraticis supra duo dedimus signa primū fuit ex inequali distantia planetarū ad seipsas ⁊ ad alias stellas. secūdū ex scintillatione stellarum fixarū. ¶ Notandū q̄ posset dari vnū experimētū cōe pro omnibus planetis tale: quia omnis mediocriter aspiciēs stellas videbit notabiliter diuersas in celo constellationes. cū igitur manifeste appareat quēlz planetam mutari ab vna illarū cōstellationū in aliā: et modo iuxta quasdam stellas fixas modo iuxta alias appareat semper versus orientē: manifestū est omnes planetas ad orientē moueri. Et in luna quidē hoc quotidie et quolibet mense experimur nūc enim iuxta pleiadas et in tauro: nūc autē iuxta canē et in cancro vel leone apparet triū aut quattuor dierū facto interuallo. In venere quidem et mercurio intercidente mense easdē mutationes videmus. Mars autē fere post duos mēses cū medio ad signū aliud aliāq̄ constellationē trāsfertur. Iupiter etiā post annū in alio signo apparet. vt si verbigratia hoc anno iuxta stellas signi scorpionis ipsum videas anno sequēti inter stellas sagittarij cum aspicies. Saturnus vero duobus annis cū dimidio fere vnū signū occupat deinde māsionē mutat. De sole autem licet id verū sit nō tamen est sensui manifestū eo q̄ in eius p̄sentia nulla stella appareat. Sētimus tñ eius in anno accessum et recessum in zodiaco manifeste ¶ Notandum vlterius q̄ quidā hos motus ꝓprios planetarū ab occidente in orientē (quāuis ita vt diximus sint manifesti) negauerunt. dicebāt enim ipos nō esse veros sed fantasticos et solū apparentes motus. hoc modo qz putabāt primū mobile nō sic inferiores spheras impetu suo rapere quin ille aliq̄to spacio retardarentur. sed differēter octaua enim sphera eo q̄ primo mobili ꝓpinquior maiori violētia rapta in centū annis solo vno gradu retardari potest. Saturnus vero eo q̄ remotior in mēse per vnū fere gradū. Iupiter per duos gradus cum dimidio. mars per quindecim gradus fere. sol venus/et mercurius per vnū signū in mense retardantur. luna autē quolibet die per tredecim gradus. vñ id q̄ nobis apparet eē motum lune vel alterius planete versus orientē isti dicebāt non esse motū sed talis planete retardationem. ¶ Sed hic error ex ignorantia philosophie ꝓuenit. nō enim viderūt isti Aristotelē in secūdo de celo optime dicentē in celestibus nullā violentiā/nullā fatigationē/nullā deniq̄ impotētiā quo ad motus eorū reperiri posse hoc autē hec falsa opinio supponit vt pz intuenti. etiam dicta opinio nō saluat oēs motus apparētes in celo .s. eclipses et tropicos solis aliaq̄ huiusmodi. ¶ Textus. In octaua autem sphera. Probat motū ab occidente in orientem in duabus alijs spheris et primo in octaua dicēs q̄ iste motus octaue sphere ab occidente in orientē nō est sic immediate ab vno homine experimēto cognoscibilis ꝓter eius nimiā tarditatē. cognoscitur tamē mediate ab vno homine scz adiuto per cognitionē habitā ab alio. eo q̄ insensibilis est zodiaci portio q̄ octaua sphera i vnius hominis vita pertrāsit quia nō nisi fere in centum annis gradū vnū. Nisi ergo quis loca stellarū in zodiaco suo tēpore deprehensa ad loca earū tempore alterius iādiu habita cōparet nullā motus octaue sphere cognitionē habebit. Et hoc modo Ptholemeus et plerīq̄ aliorū sapientū stellarū fixarū motū versus orientē cognouerunt. Considerauit enim magnus ille astrologie princeps in libris antiquorū p̄decessorū suorū loca stellarū ad eorū tēpora verificata et notauit locū vnius stelle (q̄m motu vnius earū habito habetur et motus omniū aliarum) sitq̄ ea cor leonis que

Experiēta de motu lune.

Alia de motu solis.

Alia de quinq̄ planetis.

Exprimētū ꝓ oib̄ planetis septem.

tempora mutationum planetarum p signa

Opinio falsa.

Reprobatio ph. 2°. cel.

inconuenientia que sequūtur ex ista opinione

Quomō scitus est motū octaue sphere ab occidente.

considerauit ptholemeus

UVA. BHSC. IyR_331

Capitulum primum

tempore dictorꝫ ãtiquorꝫ erat ꝓbigratia in duo decimo gradu leonis id est erat directe sub tali puncto zodiaci primi mobilis qm̃ ad illũ astrologi suas cõputationes referũt. Cum igitur de motu primi mobilis certissimã habeamus regulam ⁊ rationẽ: inspexit suo tẽpore aut tabulari aut instrumẽtali calculatione qua hora quo ve minuto predictus duodecimus leonis gradus in certo loco orizontẽ ascẽdẽdo ꝓtingeret. ⁊ vidit dictã stellam scz cor leonis tunc nõ ascendere nec apparere sed post pusilũ ⁊ signabile tps vidit eam ascendentẽ nec p eundẽ sz p aliũ orizontis locum. argumentatus est igitur eandem stellam sub predicto gradu zodiaci primi mobilis iam non esse sed ad aliũ mutatã fuisse. quantitatem aũt motus eius ex spacio signati tpis a predictis antiquis vsqꝫ ad ipm̃ inuenit. facta igitur diligenti cõputatione tẽporũ ducẽtos annos a predictis astrologis vsqꝫ ad ipm̃ effluxisse cognouit. motu aũt stelle duorꝫ graduũ inuẽto conclusit stellã dictã in centum annis gradu vno zodiaci primi mobilis moueri ⁊ p ꝓñs oẽs alias stellas ⁊ totã octauã spheram eundẽ motum habere dixit. ¶ Secundo ibi: sed de nona. Declarat motũ primum none spe dicens q̃ licet iste motus experimento ꝓbari nõ possit qꝛ nullas stellas hz nona sphera rõne tñ hunc motũ esse cõuincitur. Octaua em̃ sphera triplicẽ reperitur habere motũ vnũ primi mobilis ab orẽte. ⁊ preter hũc duos alios cũ igitur vnius corporis simplicis sit tm̃ vnus motus simplex alter illorꝫ motuum erit octaue sphere prius alter alienus. necessario ꝗ oꝛ dari aliam spheram cui ille motus sit prius ⁊ hec est nona sphera. De tarditate tñ huius motus hanc dãt moderni regulã q̃ in quadraginta nouẽ millibus annorꝫ reuolutionẽ vnã faceret. ita vt principium arietis none sphere in eo tpe sub quolz puncto ecliptice primi mobilis foret. ⁊ in ducẽtis ãnis gradũ vnũ eiusdem ecliptice fere cũ medio percurreret. Sz quõ huius motus regula habita sit demonstratione geometrica ostendere nos oportet. cum em̃ totalis motus stellarum fixarum sub zodiaco primi mobilis irregularis inueniatur/ ⁊ modo tardior modo velocior appareat: necesse est dicere motum illum ex duobus regularibus motibus esse aggregatum. hij autem sunt motus prius octaue ⁊ motus prius none. cognita ꝗ motus totalis stellarũ fixarũ variatione regula certa cuiuslz illorum motuũ ad illum totalem concurrentium elici potest. q̃ vt diximus opere geometrico fieri oportet.

¶ Reuerendissimi domini Petri de aliaco cardinalis et episcopi cameracensis doctorisqꝫ celebratissimi questio tertia.

Queritur tertio vtrum motus primi mobilis ab oriente in occidentem circa terram sit vniformis. Et arguitur primo q̃ non qa celum non mouetur ꝗ questio presupponit falsum. ꝓña est nota antecedens patet multipliciter primo sic: quia celum continue est in eodem loco ꝗ non mouetur localiter. Secundo patet quia terra mouetur localiter cum alijs tribus elementis ꝗ celum quiescit consequentia tenet quia regio elementaris non potest moueri localiter nisi in ordine ad aliquod fixum quiescens modo non videtur quid sit illud quiescens fixũ nisi celum ꝗ quiescit. antecedens pz quia terra non minus mouetur q̃ alia tria elementa sed illa mouentur. pz de aqua q̃ fluit et refluit vt pz secundo metheororum de igne ⁊ acere patet primo metheororꝫ. Tertio patet idem antecedens quia omnia possunt eque bene saluari ponendo terram moueri ab occidente in orientem et celum quiescere sicut terram quiescere et celum moueri ab oriente in occidentem ergo non rationabilius est ponere q̃ celum moueatur et terra quiescat q̃ econtra. ꝓña est nota quia cũ terra sit generabilis ⁊ corruptibilis et celum non: tunc videtur q̃ melius debemus attribuere motum localem terre q̃ celo. pz añs qꝛ ponendo terram moueri ab occidente in orientem et celũ quiescere possumus saluare ortum et occasum planetarum. qꝛ cum sol esset in termino nostri orizontis si quiesceret et tunc si terra moueatur versus orientem et nos cum ea tunc scõm q̃ moueremur versus orientem secundũ hoc sol appareret nobis ascendere super nostrum orizontem sic q̃ peruenirет ad meridiem et tandem ad occasum sine eius motu sed precise per motum terre. Quarto pz antecedens quia si celũ moueretur vel eius motus esset naturalis vel violentus. non violentus qꝛ ꝓpetuus est talis motus vt habetur. 8. phisicorꝫ ⁊ nullum violentum diu durat vt habetur primo celi. nec ẽ naturalis qa cum primus motor sit exclusus a primo mobili (qꝛ sibi repugnat esse in corpore vt habetur octauo phisicorꝫ) sequitur q̃ motus primi mobilis sit ab extrinseco ⁊ per consequens est violentus ⁊ non naturalis. Et confirmatur q̃ non sit naturalis qꝛ tunc foret velotior in fine q̃ in principio sed hoc est falsum igitur. ⁊ ꝓña pz qꝛ hoc est de ratione motus naturalis. ¶ Secũdo principaliter arguitur sic qꝛ ptes primi mobilis inequaliter seu diffoꝛmiter mouẽtur ꝗ. ꝓña tz. añs pz qꝛ ptes versus polum tardius mouentur ⁊ ptes versus equinoctialem velotius mouentur ergo inequaliter mouentur. ¶ Tertio sic qꝛ in celo nullum est oriens nec occidens ergo nec ẽ aliquis motus ab oriente in occidentem. consequentia tz antecedens pz qꝛ si sic vel quelz ps celi esset oriens ⁊ occidens vel vna ps determinata esset oriens ⁊ altera occidẽs. Non primũ qꝛ tunc omnes ptes essent orientales equaliter et equaliter occidentales quod est falsum. Nec potest dici secundũ qꝛ quacunqꝫ pte celi mobili data talis pars continue est oriens et aliquibꝫ occidens et aliquibus meridies ergo. ¶ In oppositum arguitur per autorem in littera ⁊ p Aristotelem in pluribus locis. In questione erunt duo articuli in primo videbitur de illo q̃ tangitur in prima ratione. s. vtrum rationabilior est ponere celum quiescere ⁊ terram moueri q̃ econtra ad saluandum illa q̃ nobis apparent. In secundo respondebitur ad quesitum ⁊ mouebuntur dubia. ¶ Sciendum q̃tũ ad primum q̃ de motu ⁊ quiete terre possumus hic dupliciter loqui vno modo de motu recto ipsius terre ⁊ de quiete sibi opposita. alio modo possumus loqui de motu circulari ipsius terre. Et lz secundo modo intelligendo sit magis ad propositum tamẽ de vtroqꝫ potest aliquid dici. Pro quo sup-

cor leonis

De motu none sphere.

triplex motus octaue sphere

2°. metheororꝫ

8°. phisicorꝫ

nullum ꝓpetuum violentum ꝓpetuo durat. 1°. celi

8°. phisicorum

Primus articulus

Pria suppositio.

UVA. BHSC. IyR_331

Centrum grauitatis

ponendũ est primo q̃ centrum grauitatis terre cõtinue est centrũ mũdi. p3 q2 cũ oia grauia tẽdant ad centrũ mũdi tũc corpus grauissimũ d3 habere snũ centrum continue cũ centro mundi

Secũda.

Secũdo supponitur q̃ si ad ymaginationẽ terrã esset diuisa in duas partes equalis grauitatis tũc tales partes se haberẽt tãq̃ duo põdera in equilibrio ita q̃ si vni parti adderetur aliq̃d graue quãtũcũq̃ modicũ tũc illa pars traheret deorsum. et linea ymaginata sic diuidere terrã trãsiret directe per centrũ mũdi. hec suppositio

Tertia

sequitur ex p̃cedẽti. Tertio supponitur q̃ si terra esset diuisa ad ymaginationẽ in duas partes equales i q̃ntitate tũc ille ptes inequales essent in grauitate. p3 q2 aliqua pars terre est cõtinue pñs ipsi soli et sic talis pars continue calefit et leuefit a calore solis. et alia pars que est suppo

Quarta.

sita aque cõtinue graue fit p frigiditatẽ aquay ergo medietas terre aquis discooperta ẽ pars minus grauis q̃ sit alia pars. Quarto supponitur q̃ partes terre aquis discooperte cõtinue fluũt a mare. item etiã alique partes terre p desiccationẽ portãtur a ventis per modũ puluerũ

Prima pclusio

et finaliter deportantur ad mare. ¶ Istis suppositis sit prima pclusio q̃ quelz pars terre cõtinue mouetur motu recto. p3 quia cõtinue vna medietas pellit aliã ergo quelz pars terre mouetur motu recto pñia tz pbatur ãsis quia vna medietas terre cõtinue fit grauior q̃ alia ergo

Correlarium.

sequitur per primã suppositionẽ ꝛ secũdã q̃ vna pars cõtinue pellit aliã. Ex quo sequit correlarie q̃ illa pars terre que mõ est centrũ aliq̃ñ erit in supficie terre. p3 q2 illa pars que nũc est centrum per pulsum alterius partis terre grauioris

Correlarium.

recedit a centro ꝛ sic tandẽ pueniet ad supficiẽ. Secũdo sequit q̃ cõtinue est aliud et aliud centrũ grauitatis terre p3 sicut prius. Sed aliquis obiceret q̃ ex istis videtur sequi q̃ terra iam deberet esse mota vsq̃ ad celũ ex quo cõtinue mo

Secũda pclusio

uetur recteversus illum. ¶ Pro quo sit secũda cõclusio: et ponitur pbabiliter q̃ tota terra cõtinue quiescit in medio mũdi a motu recto loq̃ndo cathegoreumatice. p3 q2 tota terra cõtinue est in equali ꝓinqtate et distantia ad celũ ergo cõtinue quiescit a motu recto pñia tz q2 tota terra nõ potest moueri motu recto quin hoc sit appropinquãdo ad celũ vel remouendo quod falsum est. vnde nõ sequitur quelz pars terre mouetur motu recto ergo tota terra. Et per hoc soluitur ratio prius facta. Verbigratia. Incõpositionibus fiat vnũ pilare compositũ ex. 10. lapidibus ꝛ capiatur lapis superior et ponatur sub inferiori pellendo inferiorẽ. iterũ capiatur secũdus et ponatur sub. et sic cõtinuãdo semp tunc in illo casu certũ ẽ q̃ q̃lz pars pilaris mouetur et ascendit continue et tñ totũ pilare in se q̃escit

Tertia pclusio

a superficie versus centrū. vñ cōcessa prima cō sequentia negatur scēa q: est equinocatio in accipiendis distantijs in terra. modo circulariter et in superficie modo recte ⁊ p dyametrū. Et si queratur ꝓter quid magis septingenta stadia in supficie terre variant vnū celi gradū quā eadem in profundū. Dicit q illud spaciū accipit in supficie terre per lineas ad angulum concurrentes supra centrū terre: que vlterius ꝓtense vsq; ad celū continue magis distant/ ⁊ possunt vnum gradū de celo abscindere. sicut etiā in circulis cōcentricis due linee sup centrum cōe angulum facientes similes illoꝝ circuloꝝ portiones abscindunt. Sed tantundē spacium in profundum terre p dyametrum accipitur scēm lineas equidistātes ab extremo ad extremū sphere ꝓtractas: que vsq; ad celū ꝓtense nō maiorē de celo intercipiūt portionē quā de terra p diffinitionē linearū equidistantiū. talis autē portio celi respectu totius fere nulla est. et sic ꝑ q medietas terre in supficie accepta medietatē celi abscindit: ꝑ medietas terre in dyametro ꝓfundando versus centrum insensibilem de celo accipit portionem. ¶ Tertia ratio ponitur ibi. dicit etiam. q̄ talis est minima stellarū visu notabilium est maior tota terra vt dicit Alphraganus in libro tertio de aggregationibus stellarū: sed ipsa stella celo compata est quasi vnus punctꝰ et insensibilem habet quātitatē: ergo terra respectu celi multo magis est insensibilis quantitatis et quasi punctus. Si ēm terra esset in octaua sphera lucens sicut stella nō videretur a nobis propter suam paruitatē sicut nec multe stelle parue nobis apparent. ¶ Notandū q illa ꝓpositio Alphraganī non est intelligēda de planetis: quia nō oēs illi sunt maiores terra. Nec est intelligēda de oibus stellis fixis ideo dixit visu notabilium id est notabilis ꝗtitatis respectu visus. sunt ēm quedā stelle fixe ita parue que a nobis nō videtur. sunt etiā alie que ⁊ si videātur tamē propter paruitatē nō sunt notate ab astrologis: sed solas grandiores earū astrologi notauerunt. ⁊ hee sunt tantū mille ⁊ viginti due. Sz quia non oēs iste sunt eiusdem magnitudinis ideo ab astrologis in sex differētias distributē sunt que dicuntur sex earum magnitudinis vt Ptholemeus in almagesti ⁊ Alphōsus in tabulis suis eas ordinant. Stelle igit̄ prime magnitudinis sunt nūero. 15. ⁊ q̄lz earū est maior terra centies septies. In scēa magnitudine sunt stelle quadraginta quinq; quarū vnaquēq; maior est terra nonagies. Tertie magnitudinis stelle sunt ducente ⁊ octo maiores terra septuagies et bis. In quarta magnitudine sunt ducēte septuaginta quatuor stelle maiores terra q̄n quagesies quater. In quinta sunt ducente ⁊ decem et septem maiores terra trigesies quinqies In sexta magnitudine sunt stelle ducente quadraginta nouē ⁊ quelz earū est maior terra decies octies. ⁊ hee sunt mīme stellarū fixarū de quibus dicit alphraganus q mīma stellarū visu notabiliū ē maior terra. Preter has aūt sunt quinq; stelle nebulose ⁊ nouē obscuriores q̄ dicuntur tenebrose quarū vna oblonga est velut cauda ꝑ earū magnitudines nō sunt date ab astrologis. Hee aūt oēs stelle fixe distribute sunt ab astrologis in. 48. ymagines celestes q: ꝑ. q̄ dā earū videnꝭ hanc ymaginem describere alie autem illam. Ymagines vero aut constellationes iste in tres ptes diuidunt. quedam ēm sunt septētrionales ab ecliptica et sunt numero. 21. ymagines. in quibus sunt stelle. 360. ⁊ noia earum sunt hec. prima vrsa minor aut cinosura hz stellas. 8. secūda vrsa maior aut calisto aut elice aut cherice hz stellas. 35. tertia draco. 30. quarta cepheus aut flamiger. 13. quinta boetes aut arcturus vel vociferās. 23. sexta corona septentrionalis aut alpheta. 8. septia hercules aut genuflexus. 30. octaua vultur cadens aut ledens oloꝝ. 10. nona gallina. 19. decia cassiopeia. 13. vndecima pseus deferens caput algol. 29. duodecima auriga aut agitator currus. 14. tredecia anguitenēs aut serpentarius aut ophnicus. 29 quartadecima serpens aut anguis. 18. quintadecima sagita aut iaculum. 5. sextadecia aquila aut vultur volans. 15. decima septima delphī. 10. decima octaua equꝰ primus. 4. decimanona equꝰ scōs alatus aut pegasus. 20. vicesima andromada aut mulier cathenata. 23. vicesima prima triāgulus. 4. Alie sunt ymagines in viā ecliptica numero duodeci. in quibus sunt. 346. stelle ⁊ noia ymaginū sunt hec. prima aries. 18. scēa taurus. 43. tertia gemini. 26. quarta cācer. 13. quinta leo. 35. sexta virgo. 35. septia libra. 17. octaua scorpius. 27. nona sagittarius. 31. decia capricornus. 28. vndecima aquarius. 45. duodecima pisces. 38. Alie sunt ymagines meridionales aut australes ab ecliptica nūero. 15. in q̄bꝰ sunt. 316. stelle: ⁊ noia ymaginū sunt hec. prima cetus. 22. scēa orion. 38. tertia fluuius eridanꝰ aut gion aut nilus. 34. quarta lepꝰ. 12. quita canis maior aut canis sirius. 29. sexta canis minor aut canicula. 2. septia nauis argos. 45. octaua hydra. 29. nona vas aut crater. 7. decima apollineus corvus. 7. vndecima centaurus vel chiron. 37. duodecima lupus. 19. tertiadecima ara vel turribulum. 7. quartadecima corona meridionalis. 13. quintadecima piscis notius meridionalis. 17. De hijs ymaginibus dicit Ptholemeus in ꝓpositione nona centiloquij. vultus terrestres hijs vultibus subiciuntur: vt draco terrestris draconi celesti. Inter septē vero planetas quattuor supiores sunt maiores terra. ꝑ saturnus nonagies semel. iupiter nonagies q̄n quies. mars vero continet terram semel ⁊ dimidium eius. sol autem est maior terra centies seragesies sexies. Tres vero planete inferiores sunt minores terra. sed venus trigesies septies mercurius aūt est minor terra viginti vna mille et noningentis quinquaginta duabus vicibus luna vero trigesies nouies est minor terra. Unde stellarū oīm sol maximus est mercurius vero minimus. Quomodo aūt hee stellarū magnitudines ab astrologis cognite sint: i almagesti Ptholemei plirius debz videri. Terra igitur respectu celi fere nullius est quantitatis. si ēm signemus aliquem circulū maiorē in celo cuiꝰ peripheria deberet repleri multis circulis maioribus in terra descriptis: nūerus taliū circulorum esset valde magnus et nobis innominabilis. vñ terra sic se haberet posita in celo sicut gutta aque in mari: nūerus ēm guttarum aque

Questio.

Solutio.

Que stelle sūt maiores terra ⁊ q̄ nō

Ptholem. et alphōsus Rex

Sex magnitudines stellarū fixarū.

Quadragita octo ymagies celestes

Ptholemeus

Magnitudines septē planetarum.

	stelle	maiores terra
prima magnitudo	15.	centies septies
2. magnitudo	45.	nonagies
3. magnitudo	208.	septuagies et bis
4 magnitudo	274.	quinquagesies quater
5 magnitudo	217.	trigesies quinquies
6 magnitudo	249.	decies octies

planete	maiores terra
♄	nonagies semel
♃	nonagies quinquies
♂	continet terram semel et dimidium ei
☉	centies seragesies sexies
♀	minores terra
☿	trigesies septies
☾	viginti una mille et noningentis quinquaginta duobus vicibus
☾	trigesies nonies

UVA. BHSC. IyR_331

maris fere infinitus est. ¶ Textus. Quod aũt aqua. Probat situm et ordinem aque ad terrã ex duobus: primo quodã signo sensibili: qr illi qui occeanũ nauigãt quãdo terre iã appropinquãt vident ipam terrã etiã quo ad montes eiꝰ altissimos multo aquis subiacere/ et inferiorẽ esse mari: videturq eis q ex mari versus terrã cõtinue descẽdant ab aliqua altitudine. g aqua est circa terrã ꝛ supra ipam vt prius dicebatur. ¶ Notãter dicitur in occeano mari qr in mediterraneo nauigãtes fere semper litora ex alterutra parte vidẽt ideo eis nõ sic apparet rotunditas aque sicut in occeano. ꝛ q diximus de occeano idem intelligat de mari indico. ¶ Scõ ibi. et si nauis. probat idẽ alio signo pbabili. si eim aliqua nauis esset bene victualibus munita eiq venti prospere succederent: et recederet a principio occeani mari in finibus hyspanie beticẽ iuxta gades herculis vbi etiã mare mediterraneũ incipit valde angustũ ꝛ dr fretũ herculeũ si mq directe cõtra occidentẽ hec nauis ꝓtinue pcederet donec terrã inueniret: tandẽ ad maris indici littora vbi sinarũ populi sunt circa orientẽ starct. g terrã aqua circũdat ex quo mare indicũ orientale cũ nostro occeano vnũ et ꝓtinuũ est vt phũs dicit tã in scõ celi q ĩ scõ metheororꝰ ¶ Notanter dr in tertu post aliquot annos ad significãdũ itineris et maris lõgitudinẽ. est eim mare decies maius terra vt postea dicetur iter g illud nõ sic in breui tpe expleri posset quanta cũq esset ventorum prosperitas: imo nostrates (vt aiũt) dũ insulas quererẽt directe versus occidentẽ nauigãtes in duobus annis nulla littora attingere potuerunt. Ex his igitur duobus apparet aquã supra terrã et in eius circuitu sitã esse. ¶ Textus. Aerem quoq. Hic dicit de situ aeris scz q aer sit super aquã et terrã quod multiplicibus pbari põt experimẽtis. licet eim antiqui aerẽ nõ putarẽt esse corpus/ et q aere plenũ est vacuũ dicerent vt pz in quarto phisicorꝰ: tamẽ q in hoc spacio a supficie terre vel aque versus celũ ascendendo sit aliquod corpus ex multis pbatur. Tũ ex respiratione ꝛ aspiratione que nõ possunt esse nisi aliquo corpore attracto et reiecto. Tum ex sensationibus scz visione auditione ꝛ olfatu que nõ possunt fieri nisi p aliquod medũ corporeũ in quo species sensibiles multiplicẽtur vsq ad organũ. si eim spaciũ inter nos et celũ vacuũ esset nõ modo muscã sed nec bouẽ existentẽ in celo videre possemus vt dicit phũs cõtra Democritũ. Tũ ex repletione si eim vesicam aut vtrẽ eo q respiramus impleuerim? corpus idẽ ponderosius in libre statera reperiatur quasi ꝛtromisso sibi aliquo corpore. Tum ex vacui impossibilitate quã inclepsedris experiri docet phũs quarto phisicorꝰ. Tũ ex flabelli aut alterius ventilabri motione statim eim tactũ corporis alicuius sentimus. Tum deniq ex proiectorꝰ sonis/ et motus tarditate ex resistentia medij. quasi eim alicuius corporis violentã cisionem et ruptura audimus. et quia vbiq terrarũ et mariũ eadem oia experimur: necesse est dicere in circuitu terre et maris ꝛ supra ipsa esse aliquod corpus et hoc aerẽ vocamus. ¶ Textus Quod vero. Probat situ et ordinem ignis ad alia elementa dicẽs q est in culmine et termino totius regionis elementaris et sup oia alia elementa q ex motu celi facile pbari potest vt etiã Aristoteles in primo metheororꝰ deducit. Motũ quidẽ est motũ corporis calefactiuũ et rarefactiuũ esse. cũ igitur celũ vt ostẽdimus continuo moueatur circulariter et sit immediate cõtiguũ elemẽtari regioni: ipam semp ad calorẽ et raritatẽ alterat. et quia q ꝓpinquius est calefaciẽti calidius efficitur q vero maxime ꝓpinquũ maxime calidũ vt habetur in scõ metaphisice: illã igitur partẽ regionis elemẽtaris quã celũ ꝓpinquissimã habet motu suo maxime aliarũ calefacit et rarefacit. intẽsa aũt caliditas cõsumit oẽs humiditatẽ ꝛ generat siccitatem: pars g illa regionis elemẽtaris celo cõtigua summe calida et sicca atq rara erit. tale vero corpus ignẽ dicimus. ignis igitur orbẽ lune imediate attingit et alijs oibus elemẽtis supereminet. et hoc non solũ in vna mũdi parte sed pari rõne in oibus. vnde manifestũ est ignẽ circa aerẽ ꝛ alia inferiora elementa situari quod ante fuerat ꝓpositum. Verũ vt supra diximus ordinẽ hũc situq elemẽtorꝰ non signis ꝛ experimentis sed rõnibus phisicis Aristoteles sufficienter probat.

¶ De motu et quiete elementorum.

Quod autem terra in medio omnium immota permaneat cũ sit sũme grauis: sic persuaderi potest. Omne enim graue tẽdit naturaliter ad centrum (quod est punctus in medio firmamenti) ibiq naturaliter quiescit. terra igitur cũ sit summe grauis ad pũctum illum naturaliter tẽdit/ ꝛ ibi naturaliter quiescit. Item quidquid a medio mouetur versus circunferentiã celi ascendit. si igitur terra a medio mouetur: ipsa ascẽdit quod pro impossibili relinquitur. Quod autẽ neq circulariter moueatur sic pz grauе enim in altum directe proiectũ in cũdẽ locum directe cadit. terra ergo non circulariter mouetur. Idem preterea est motus naturalis totius ꝛ partium: vt totius terre et vnius glebe: omnes autem terre ptes ad medium recta referuntur. Ex introitu etiã solis ĩ duodecim signa. ex horis eclypsium. ex longitudinibus q ꝛ latitudinib? ciuitatum magnum huius rei sumitur argumentũ Quod autem alia tria elementa circulariter semper ferantur: fluxus et refluxus in mari. cometeq in aere. ac celi cõtiguitas in igne satis demonstrant.

¶ Probat ea que de motu et quiete elemẽtorꝰ ꝓposita sunt et primo id quod dixerat de quiete terre. scõ ibi. quod aũt alia. probat ea que de motibus aliorꝰ triũ elementorꝰ dixit. ordine eim retrogrado in probatione ista ꝓcedit. ¶ Sed notandũ q cũ supra dixerit oia tria elemẽta moueri: solã autẽ terrã immotã esse intelligebat de

quare magis dicat in occeano quam in alio

4° phisicorꝰ

Ser de aere experimenta.

Aristoteles. ôra. de motu rerum.

4°. phisicorꝰ

p. metha.

2°. metha.

Qd terra nõ mouetur recte. Pria rõ.

Scõa rõ.

Qd terra nõ mouet circulariter Pria rõ.

Scõa rõ.

Tertia ratio.

Qd alia tria elementa circulariter mouẽtur.

UVA. BHSC. IyR_331

motu circulari. quia de motu recto par est iudicium in terra ⁊ alijs elementis. vnũ quodq; eñ ipsoꝝ cum extra proprium locum fuerit ad ipm naturaliter mouetur: cũ vero in loco suo est ibi naturaliter quiescit. motus autẽ circularis nulli elementoꝝ proprius est vnde si tali motu debeant moueri: oportet q ab aliquo alio corpore cui motus circularis est proprius rapiãtur. quare in hoc non est eadem ratio omnium elementorum vt patebit. verum auctor non solum motu circulari sꝫ etiam motu recto terrã ꝓbat esse immotã. Circa primũ igitur sic procedit primo probat terram nõ moueri motu recto. scõo neq; motu circulari ibi. quod autẽ neq;. primũ probat duabꝫ rationibus quarũ prima est ostẽsiua talis. omne corpus simpliciter graue naturaliter mouetur a circũferẽtia ad centrũ ⁊ cũ illuc peruenerit ibi naturaliter quiescit vt ꝓbat i quarto de celo. cum igit̃ terra sit summe grauis vt ibidẽ dicit̃ et sit in centro mũdi sita vt ꝓbatũ est: ad punctũ illud naturaliter moueretur si extra esset ⁊ in eo existens naturaliter quiescit. ꝗ terra naturaliter nõ mouetur recte. ¶ Notãdũ q propria loca elementoꝝ se habent vt cause efficiẽtes vel finales motus eoꝝ. vnũ quodq; eñ elementoꝝ in ꝓriũ locũ sue nature cõseruatiuũ naturaliter inclinat ⁊ ad illum mouetur grauia igitur natura deorsum ⁊ ad medium ferũtur qꝛ ibi melius eoꝝ natura cõseruat. a circũferentia vero ⁊ a superiori loco naturaliter fugiunt qꝛ ibi corrumperentur. ¶ Scõa rõ ponitur ibi. itẽ quicquid. que deducit ad impossibile sic. quicqd recedit a centro mũdi accedit ad circũferentiam celi: sed ibi est locus sursum ꝗ quicquid recedit a medio ⁊ a cẽtro ascẽdit sursum. si igitur terra naturaliter mouetur a centro recedens ꝗ terra naturaliter ascẽdit quod est manifeste falsum cũ terra sit summe grauis omne aũt graue suapte natura descẽdit. ¶ Textus. Quod aũt neq;. Probat terram nõ moueri motu circulari tribus rationibus. prima est experimentalis. si eñ sagitta vel aliquod aliud corpꝰ graue directe sursum proijciatur: videmus eam (secluso ventorum impedimẽto) ad proicientem redire ergo terra nõ mouetur circulariter. pbatur cõsequentia quia nulla alia huius rei causa promptor assignari potest quã quies terre que circulariter nõ mouetur. supponimus eñ ex Aristotele in primo metheororꝝ q ista pria regio aeris terre ꝓtiguus nõ mouet̃ qꝛ stagnat ab altis montibꝫ. Hec tñ rõ parũ efficax est quãq; ab Aristotele in scõo de celo ponatur. posset eñ dici ocesso. añte q terra nõ ita velocit̃ mouet̃ circulariter vt in tã puo tẽpe possit motus eius sentiri. Verũ hec rõ alijs apposita ꝓbabilitatẽ rei facit: psuaiuit ei phũs post cãrũ iuestigationẽ signa adducere q̃ cãs ipius credibiliores reddãt vt i ꝑmo ⁊ i scõo metheororꝝ manifeste lꝫ itueri. ¶ Scõa rõ ponit̃ ibi. idẽ ꝑterea q̃ talis ẽ i homogeneis corporibꝫ idẽ est motus naturalis totius ⁊ ptiũ vt dr̃ in tertio ⁊ quarto libris phisicoꝝ. omnes autẽ ptes terre naturaliter ad centrũ recte moueri videmꝰ ꝗ etiã motꝰ naturalis totius terre rectus est ad centrũ nõ igit̃ circulariter mouet̃ terra ex sua natura. pbatur ꝓña qꝛ vnꝰ corpis simplicis ẽ tñ vnꝰ motus simplex ei naturalis vt dr̃ in prio de celo. Nec põt dici q licet ꝓriꝰ motus terre sit rectus tñ ad motũ celi circulariter mouet̃. hoc eñ nõ est verissimile vt supra diximus ꝓter terre grauitatẽ tenacitatẽ ⁊ maximã eius a celo distantiã. qꝛ sicut terra elemẽtorum siccissima ⁊ cõpactissima est: ꝓterea qꝛ nimis distat a celo vt phũs tenet in ꝑmo metheororꝝ: sic eadẽ ex cã a celo imota manet. Alia ꝓtria elemẽta sicut p motũ celi rarefieri potuerũt sic et in circuitũ moueri. ¶ Tertia ratio ponit̃ ibi. ex introitu. que est mere astrologica et tria media cõplectitur. Primũ accipit̃ ex itroitu solis in duodeci signa tale. sol post trecentos sexaginta ⁊ q̃nq; dies ⁊ fere sex horas ad idẽ pũctũ zodiaci reuertitur vt astrologi quotidie expiuntur: sed hoc impossibile esset euenire si terra circulariter ab oriente in occidẽtẽ vel econtra moueretur ꝗ terra nõ sic mouet̃. maior supponitur et minor ꝓbat̃ qꝛ vt supra dictũ est sol nõ eadẽ hora oibus regionibus oritur ⁊ occidit sed q̃ vni sol oritur alteri meridies est ⁊ itẽ alijs alia hora ante vl̃ post meridiẽ. hoc supposito arguitur sic ponamꝰ q sol intraret principiũ arietis hoc anno vndecima die marcij in meridie ciuitatis parisiensis. anno sequenti sꝫ transactis .365. diebus per suppositam maiorem eadẽ die mensis intrare deberet idem punctum zodiaci fere hora sexta post meridiem. sed q si terra circulariter vt diximus mouerẽt̃ hoc non accideret: pꝫ quia anno sequente eadem ciuitas esset iam orientalior aut occidentalior q̃ nunc secundum q terra moueret̃ vel ad oriẽtem vel ad occidentẽ vt patebit in tertio medio. ꝗ ãno sequẽte citius aut tardius eidem ciuitati oriretur sol eodem die mensis q̃ si in eodẽ loco ꝑmansisset terra existente imota. quãdo igitur sol iterũ intraret principium arietis ãno sequẽte non esset hora sexta post meridiẽ sed ãte vel post sextam horã horologij parisiensis tanto sꝫ quãto ciuitas esset facta oriẽtalior aut occidentalior. hoc aũt est manifeste falsum qꝛ videmꝰ q ãno sequẽti fere hora sexta iterũ intrat sol arietem eadem die mensis. ¶ Notandũ q dicta ratio posset ex duobus infirmari ꝑmo dicendo q terra mouet̃ eque velociter sicut primũ mobile scõm suam ꝓportionem sꝫ in viginti quatuor horis vna reuolutione. tunc eñ hoc posito in sequẽti die ciuitas parisiensis in eodẽ precise situ reperetur tantũ distans ab oriẽte vel occidẽte sicut in die precedente. Sed hoc est manifeste falsum qꝛ vl̃ motus terre circularis esset ad occidẽtẽ cũ primo mobili (qd̃ verissimilius apparet) vel ecõtra ad orientẽ moueret̃. non põt dici primũ qꝛ sic ei dẽ ciuitati vel semp esset dies vel semp esset nox aut (si fiat vis in ꝓrio motu solis) posset fieri dies aut nox vnius duoꝝ aut triũ vel sex mẽsiũ in dicta ciuitate parisiensi. ⁊ tamẽ nullũ istorum videmus. ꝓbat̃ ꝓña quia si dicte ciuitati semel oriret̃ et appareret sol vix posset ei occidere qꝛ ipa in presentia solis p motũ terre ꝓtinue ferret̃ nisi quantũ sol p motũ ꝓrium ab eius aspectu recederet quod raro ⁊ post multos menses contingeret. Similiter argueret̃ de nocte ⁊ solis occasu. Neq; potest dici scõm tunc enim sequeretur q i spacio vigiti quattuor horarũ sol bis eidẽ ciuitati oriret̃ ⁊ occideret̃ essentq; due dies

Primum medũ huius rõnis

Due obiectiones ꝓtra hoc medium. prima

Solutio.

De valore ꝑdicte rationis.

UVA. BHSC. IyR_331

et due noctes artificiales in vna die naturali. q̃ oia manifeste falsa sunt. probatio ꝓsequẽtie qz facta media reuolutione terre versus vnã partẽ esset facta alia media reuolutio celi versus aliã et sic ex hijs duabus medietatibus esset vna reuolutio completa et ciuitas predicta soli obuiaret et in alia media reuolutione terre iterum idem fieret et eadem ciuitas iterũ solẽ videret.

Secũda obiectio. ¶ Secũdo posset dicte rationi obuiari dicẽdo q celũ nõ mouetur ab oriẽte in occidẽtẽ sed solũ aggregatũ ex terra et mari: celũ aũt quiescit et sic motus terre ab oriẽte in occidentẽ causat ortus et occasus stellarũ dies et noctes et oia alia et nõ motus celi. Sed hoc manifeste reprobat rõne Aristotelis in ꝑmo de celo qz motus circulares nulli elemẽtoꝝ põt eẽ naturalis z ꝑ ꝑiscũ hẽant iã alios motꝰ manifestissimos sibi ꝓprios hoc igit eẽ nõ posset nisi terra ab aliquo alio corpe motu circulari raperet. et hoc nullũ aliud videt nisi celũ. iste ẽt motꝰ nõ oia apparẽtia saluat. sic igit ꝑz ꝑmũ mediũ huiꝰ ꝛcie rõis.

Solutio.

Correlarium. ¶ Et ex isto ꝑmo medio posset aliud inferri scz q si terra circulariter moueretur: eidẽ ciuitati quotz ãno in simili mẽse nõ essent similes dies et noctes artificiales q exprimur eẽ falsum. si em̃ hoc ãno vndecia dies iunij q̃ beato barnabe dicata est fuit parisius decẽ z sex horarũ/nor ꝓ octo solũ horarũ: ãno sequẽti imo z oiw sequẽtibus eodẽ festo tantũ diẽ z tantã noctẽ ꝑcise videmus. sed ꝓbat ꝓña qz dicrũ et noctũ artificialũ diuersitates vt infra capitulo tertio dicet penes introitũ solis in diuersa signa attendũtur et fiũt. si igitur itroitus illi nõ fierẽt sicut fiũt vt ꝓbatũ est neqz dies et noctes euenirẽt sicut euenũt.

Secũdũ mediũ huius rõnis tertie. ¶ Secundum medium accipitur ex horis eclipsiũ tale. astrologi de eclipsi futura infallibiliter sciunt dicere tempus z horã in principio medio z fine eclipsis i ciuitate parisiẽsi aut quacũqz alia vt passim videmus: sed hoc nõ scirent dicere si terra in circuitu moueretur: eo q ciuitas eadem mutaret situm et per cõsequens horologiũ vt declarauimus supra: vnde astrologi nescirẽt signare horã certã eclipsis nisi haberẽt cõputationẽ de motu terre quã tamẽ nõ habẽt.

Tertium mediũ dictum. ¶ Tertũ mediũ sumitur ex lõgitudinibus z latitudinibus ciuitatũ de q̃bus infra capko scdo. Ex lõgitudinibus id ẽ distãtijs ab occidẽte arguitur sic. si terra moueret circulariter ab oriẽte in occidentẽ vel ecõtra dicta ciuitas scz parisius nõ semp eandẽ hret distantiã ab occidente que est sua lõgitudo. hoc aũt manifeste falsum est z cõtra oẽs astrologos ꝑsertim ꝓtra Ptholemeũ q̃ lõgitudines ciuitatũ firas et nõ variabiles ponit q terra non circulariter mouet. maior ꝓbat qz occidẽs signãt astrologi ad littora maris occeani in q̃busdã insulis ꝓpe hyspaniã vt infra dicem⁹. ciuitas aũt parisiẽsis aliqũ eẽt ꝓpinqor aut remotior ab occeano q z ab occidẽte si terra circulariter moueret. hoc aũt sensu deꝑhẽdim⁹ esse falsum tãta em̃ est distãtia hoc anno inter dictã ciuitatẽ z occeanũ quanta fuit anno ꝑcedẽte z multis ꝑteritis ãnis vt pegrini sancti Iacobi satis sciũt. Diceretur fortasse ad hoc mediũ q mare simul cũ terra circuit z sic negaretur ꝓña. sed hoc falsum apparebit cũ aliũ motũ maris circa terrã paulo post ꝓbauerim⁹.

ptholemeus

pegrini sancti iacobi

¶ Ex latitudinibus vero ciuitatũ id ẽ distãtijs earũ ab eq̃noctiali sic arguit: poterat enim aliquis dicere q terra nõ mouetur circulariter ab oriente in occidentẽ: sed a septẽtrione in austrũ et sic nõ sequerẽtur incõuenientia ꝑdicta. Sed hoc falsuz est qz semp polus arcticus equaliter eidẽ ciuitati sup orizõtẽ apparet eleuatus. hoc autem non esset possibile si terra haberet talem motũ: ergo ille motus nullomodo ꝓcuit terre.

Primum mediũ huius rõis. ¶ Textus. Quod autẽ alia. Probat motũ circularẽ aliorꝝ triũ elementorꝝ de quo supra dixerat oia etiã ꝑter terrã cõtinue mouẽtur. Et hoc vnica rõne q̃ habet tria media. ꝑmũ est de aqua tale. occeanꝰ fluit z refluit q circulariter mouet antecedens sensui est manifestũ ꝓña ꝓbat quia mare est immediate situ supra terram vt probatum est nũc autem super spacium circulare motus fit circularis vt probat in. 4. et. 6. phisicorꝝ.

De cã fluxus z reflux⁹ maris. ¶ Notandum q causas phisicas fluxus et refluxus maris Aristoteles in secũdo metheororꝝ tradit. alia tamen ꝓteer eas est potior et coior mere astrologica scz ex naturali virtute lune super aquas illa enim humidis omnibus dominatur vnde et cancri/et ostree/et cerebra animaliũ luna crescente crescunt decrescente vero diminuũtur. Luna igitur cum orizontem ab angulo medie noctis ascendendo tetigerit lumine suo mare intumescere facit ipsum ad ebullitionem mouens. radij enim lunares aliquomodo calefaciunt vũ in plenilunio noctes calidiores sunt q̃ in nouilunio vt phũs dicit in libro de partibꝰ ꝓ8. in de phꝰ animalium annualium: et in secundo posteriorum q nilus fimente mense lunari magis crescit quando luna fortius imprimit. Sed cum luna ad meridianũ peruenerit aquas ꝓpter virtutis excessum iterum reprimit et mare decrescit. Cum vero luna ad occidentem labitur iterum mare crescit. Et cũ in angulo medie noctis fuerit iterato decrescit ꝓpter easdem causas. Qui ergo tempora ortus z occasus lune sciuerit horas fluxꝰ et refluxus maris scient. ortus autẽ et occasus lune ex eius etate cognoscitur id est ex diebus post coniũctionẽ suam cũ sole. In die enim coniũctionis luna sole oriẽte oritur. die vero sequẽti fere per vnã horã post solẽ. et iterum die tertio ꝑ duas horas post. et ita in alijs diebus apponẽdo horas. vnde et maritimorꝝ locorꝝ incolas de hora fluxus et refluxus maris per etatẽ lune certissime vidimus iudicãtes.

Secũdũ medium. ¶ Secũdũ mediũ est de aere tale comete apparẽtes i aere circulariter mouentur ergo z aer. aũs est sensui manifestũ. cõsequẽtia ꝓbaturqz illi ex natura sua non habent motum circularẽ cũ sint de natura ignis ergo hoc ideo est qz rapiũtur ad motum aeris. ¶ Notãdũ q vt supra diximus cum aer sit celo ꝓinquꝰ sicut potuit ab eo calefieri et rarefieri ita potuit ab eo circulariter moueri vũ z phũs in ꝑmo metheororꝝ dicit q aer totus circuit ad motũ celi quicũqz nõ stagnat aut detinetur ab altis mõtibus. ¶ Notãdũ etiã q impressiones ignite fere oẽs in suprema generantur aeris regione que tum estus tũ ether id est ardẽs ab antiq̃s dicebatur. harũ aũt impressionũ cũ multe sint species et differẽtie ex duabus tamẽ ipsarũ motũ aeris certius deꝑhẽdimus ex cometis scz qui rariores sed permanẽtiores

UVA. BHSC. IyR_331

sunt: ⁊ ex syderibus currentibus que in serenita te noctis apparent. hee eñ duc ipressiones igni te inter ceteras sensibilem habent motum circu larem sed in alijs harum impressionum differen tijs non ita bene probaretur motus aeris eo q̃ in eis motus apparet ex eo q̃ quedam partes post alias inflammantur. vnde aliquando mo tus talis corporis apparens est ⁊ non existens cum ibi non sit nisi flame successio non autem corporis inflamati peceptibilis motio. ¶ Ter tium medium est de igne tale ignis immediate contiguus est celo. celum autem mouetur con tinue ꝗ et ignis vtraq̃ premissarum ex supradi ctis p̃z sed consequentia probatur quia omnia elementa nata sunt a celestibus moueri et ma xime omnium quod celum tangit. Sic igitur oia elemēta preter terrā circulariter mouentur.

Tertium medium.

¶ De quantitate absoluta terre et aliorum elementorum.

Cōclusio Antecedens.

Totus autem terre ambitus auctoritate Ambrosij/ Macrobij/ Theodosij/ et Eu ristenis philosophorum .252000. stadia cō tinere diffinitur. ¶ Vnicuiq̃ quidem .360. graduum zodiaci septingenta deputādo terre stadia. Sumpto enim astrolabio in stellate noctis claritate per vtrunq̃ medi cliui foramen polo perspecto: notetur gra duum multitudo in qua steterit medicli uium supra orizontem. deinde pcedat cos mimetra directe contra septētrionē a me ridie donec in alterius noctis claritate vi so vt prius polo steterit altius vno gradu medicliuium. post hoc mensus sit huius i tineris spacium et inuenietur .700. stadio rum. Datis igitur vnicuiq̃ .360. graduum tot stadius terreni orbis ambitus. 252000. stadiorum inuentus erit. Hic autem stadio rum numerus per medū diuisus .126000. stadia ab oriēte in occidētem in terra distā tiam ostendet. Ex hiis etiam iuxta circuli et diametri regulam terre dyameter sic in ueniri poterit. aufer vicesimam secundam partem hoc est .11454. stadia et semis de circuitu terre. et summe remanētis scilicet .24045. stadiorum et semis tertia pars: videlicet. 80181. stadia et semis et tertia vnius stadii erit terreni orbis dyameter si ue spissitudo. Quem numerum per medū qui diuiserit a superficie terre vsq̃ ad cen trum vbi sunt inferi distantiam. 40090. stadia et tres fere quartas vnius stadii re periet. Aliorum vero elementorum peri fere et diametri per continuam ambitus et dyametri terre decuplationē inueniētur.

Probatio eius.

De mediatate terre.

De diametro terre.

De semidyametro eius.

De alijs tribus elementis.

¶ Hic vltimo incidētaliter dicit de q̃titate ter re ⁊ aliorum elemētorum. supra eñ duo dixerat primū est terram pre nimia eius q̃titate planā hominum visui apparere: secundum fuit terrā i comparatione celi velut punctū et nullius quā titatis esse. nunc igitur quasi hec duo concorda re volens absolutam terre quantitatem ⁊ ex cō sequenti aliorum elementorum demonstrat. duo ergo facit primo dicit de quantitate terre. secun do de quantitatibus aliorum trium elementorū ibi. aliorum vero. Quantitatem terre dupliciter ostendit primo quo ad ambitum vel circulum. secundo quo ad dyametrum seu spissitudinē ibi. ex hiis etiam. Circa primū duo facit primo di cit de mensura totius ambitus terre. secundo dicit de distantia aborciente vsq̃ ad occidentem id est a principio indie vsq̃ ad fines hyspanie ibi. hic autem. In mensuranda quantitate terre quo ad totum ambitum sic procedit. primo po nit conclusionem que talis est q̃ terra in circui tu vel ambitu per maiorem circulum mensura ta secundum intentionem Ambrosii Macrobij Theodosij et Euristenis vel forte Erastotenis qui fuerunt magni geographi et philosophi. .252000. stadia habet. que sunt. 31500. miliaria romana. aut. 15750. leuce galicc. et. 10500. leuce hyspanice. Secūdo ibi. vnicuiq̃. ponit añs ad dictā cōclusionē ⁊ arguit sic vnicuiq̃ gradui ce li per circulum magnū scz zodiacum vel aliquē alium accepto correspondent in terra septingē ta stadia eidem directe supposita. ergo ⁊ toti cir culo maiori in celo correspondens et sub posi tus circulus maior in terra habebit .252000. sta dia. consequētia patet quia omnes gradus eius dem circuli sunt equales et cū sint precise .360. secundum omnes astrologos p̃z q̃ multiplica tis .360. per .700. puenient .252000. Tertio ibi. sumpto enim. ponit probationem antecedentis et probatur sic per expientiā. Sumatur astrola bium q̃ est instrumentum quoddam astrologo rum circulare ⁊ planū in cuius vna superficie q̃ dicitur dorsum astrolabij est regula quedā mo bilis que arabice dicitur allidada latine vero medicliuium quia per medium astrolabij tran sit et ipsum in duo media diuidit et hac regula gradus celi in margine astrolabij notantur in cuius quidem regule extremitatibus sunt due tabelle erecte singula aut bina habentes fora mina dyametraliter sibi opposita. p̃ que vtriusq̃ tabelle foramina sol et stelle ab astrologis as piciuntur ad cognoscendas earum altitudines id est eleuationes super orizontem. Sumpto ita q̃ hoc astrolabio in certa ciuitate aliqua sere na ⁊ stellata nocte eoq̃ ex police manus libere pendente per vtrūq̃ medicliuij foramen iam di ctum eleuando vel deprimendo regulam quo usq̃ oporteat inspiciatur polus id est illa stella propinquissima polo quē nobis immobilis ap paret quam supra diximus stellam maris. Po lo igitur sic perspecto notetur numerus gra duum ab orizonte vsq̃ ad regulam per margi nem astrolabij sitq̃ ille nūer⁹ verbi gratia qua draginta octo gradus sicut inuenitur parisius per tot eñ gradus supra terrā dicta stella appa ret ibi eleuata. Post hoc procedat ille qui men surare vult terrā q̃ ⁊ dicitur cosmimetra directe

Quid est astrolabium.

UVA. BHSC. IyR_331

contra septentrionē id est cōtra dictam stellam a priore ciuitate recedendo quousq̄ veniat ad aliquā aliam ciuitatem vbi viso iterum vt prius polo per astrolabium inueniat mediclinii vno gradu altius super orizontem sc̄z quadraginta nouē gradibus. Tūc autem zenit huius secūde ciuitatis distat a zenit prime per vnū gradū celi et sic ꝓportionabiliter secunda ciuitas distat a prima per vnū gradū terre qui correspondet et directe supponitur vni gradui in celo per circulū maiorē accepto. si igitur hui⁹ itineris spaciū geometricis mstrumentis (que sunt astrolabiū quadrans/chylindrū/torquetū. et multa huius modi) recta linea mēsuretur: inuenietur ꝓtinere septingēta stadia terre igitur antecedēs erat verū q̄ vni gradui circuli maioris in celo respondēt septingēta terre stadia. ¶ Pro declaratiōe predicte cōclusionis notandū primo q̄ propter diuersitatem mensurarū que apud diuersas nationes reperiūtur magne confusiones oriuntur sicut et ꝓpter diuersitates monetarū: ideo geometre ad confusionē tollendā quasdā omnibus cōes mensuras repererunt eisq̄ semp in mensurādo vtūtur et sunt iste que sequūtur. granū/digitus/palmus/pes/cubitus/passus/stadiū/miliare. Hee aūt mēsure ex seinuicē cōponūtur quattuor enim grana ordei latitudinaliter iūcta faciunt digitū. quattuor digiti palmū. quattuor palmi pedē. pes cū duabus tertijs cubitū. tres cubiti vel quinq̄ pedes passum. centum viginti quinq̄ passus sunt stadiū: q̄ vt quidā aiūt sic dicitur quia per tot passus currebat hercules sine respiratione et aspiratōe ⁊ tūc stare cogebat Octo stadia faciūt miliare. quod ideo sic dicit quia mille passus habet. octies eēm centū viginti quinq̄ faciūt mille. In quibusdam tamen regionibus nō miliaribus sed leucis itinera diuidūtur et mēsurātur: neq̄ tamē vbiq̄ leuce sunt similes nam in gallia leuca est duoꝝ miliariorꝝ in hyspania vero et germania trium. Sic igitur pz quid intelligat auctor per stadia. Patet etiā q̄ nō solū stadijs sed miliaribus et leucis passibus quoq̄ pedibus et palmis alijsq̄ mēsurarū generibus iam dictis potest terre ambitus mensurari dū nō certus numerus habeat stadiorꝝ. Nam si maiores mēsuras vt miliaria et leucas scire voluerim⁹: diuisione specie algorismi vtēdū erit. Si aūt minores vt passus cubitos ⁊ ceteras: multiplicatiōe stadiorꝝ opus erit. ¶ Notādū scōo q̄ dicta auctoris ꝓclusio moderamine certo accipiēda est. solū eēm terre ābitū scōm circulos maiores tradere intēdit. nō eēm est verꝝ q̄ terre ābitus in regionibus inter tropicū ⁊ polū existētibus (que minoribꝫ circulis subiacēt) 252000. stadia ꝓtineat. q̄ ex angustia terre circa polū facile est videre. qō etiam dicit vni gradui celi correspōdere. 700. stadia in terra de gradibus circuli maioris est intelligēdū. vñ notāter dicit q̄ in terre mēsurationē directe ꝓtra septentrionē a meridie recedēdo, pcedēdū esset: sc̄z sēp sub meridiano q̄ est maior circulus in sphera. Qui ꝗ terrā in nrīs regionibus septētrionalibꝫ ab occidēte vsq̄ ad oriētē mēsurare vellet non inueniret. 126000. stadia q̄ est medietas ābitus terre. ¶ Sed p declaratōe illi⁹ aūtis q̄ auctor ad pbādū ꝓclusionē inducit sciendū est primo q̄ celū ab astrologis ymaginabiliter diuiditur ab vno polo mūdi vsq̄ ad alterū i duodeci partes equales oblōgas latas in medio arctiores versus polos quarū vnaq̄q̄ dī signū. q̄lz autē istarū iterū diuidit in. 30. ptes equales eiusdem etiā figure q̄ dicūt grad⁹ vt infra capto. 2. dicet. vñ cū signa sint. 12. in toto celo erūt. 360. grad⁹. Et qz elemēta vt supradixim⁹ sunt celo cōcētrica: eodē mō qōlz elemētū sicut et celū in. 360. ptes equales ꝓportionabiliter diuidit. i circulis eēm ꝓcētricis quelz due linee recte angulū in cētro cōi faciētes qualē portionem abscindūt de minori circulo talē etiā et de maiori. vt si vnam quartā minoris vnā etiā quartā maioris circuli itercipiēt licet vna quarta sit maior alia sicut et circulus circulo. Terra igit in. 360. ptes equales diuidit que ꝓportionabiliter ad celestes dici possunt gradus et vnicuiq̄ gradui celi supponit vnus gradus terre q̄ tū multo minor est gradu celi. ⁊ cuius pes mutaret per vnū gradū in terra eiusdē zenit ꝓportionabiliter mutaretur ꝑ vnū gradū in celo et econuerso. vñ qui p astrolabiū nouerit se vno gradu zenit mutasse in celo certissime sciet vnū gradum terre se peragrasse. ¶ Notandū secūdo q̄ licet auctor scōm opinionē dicto geographoꝝ vnū gradū terre per circulū maiorem. 700. stadia habere in sua latitudine dicat: tamen ex Ptholemei cosmographie libro. 7. habemus vnū gradū terre etiam in maiori circulo non plura q̄z. 500. stadia continere. et per ꝓnis totū terre ambitū. 180000. stadia. ponit eēm ipse sub circulo equinoctiali quēlz terre gradū. 60. miliariorꝝ fere. postea vero per alios paralellos ab equinoctiali versus polum recedēs cuilz gradui terre pauciora miliaria tribuit et id tāto plus q̄z to ꝓpinquus polo acceditur Quia igitur Ptholemeus astronomoꝝ grauissimus est: eius opinioni magis adherendū puto id quoq̄ experiētie magis cōsonū est. pcedētib⁹ eēm ab italia aut hyspania versus parisios cuilz gradui meridiani circuli seragita terre miliaria videm⁹ supposita. ⁊ hūc modū Ptholemei q̄ etiā ē Alphragam iseqūit iste auctor infra in capto tertio pte quarta de diuisione climatū. ¶ Sed p declaratione eius q̄ in pbatione antecedētis dictū est aduertendū primo q̄ operatio astrolabij ab astrologis infallibilis putat cum eēm astrolabiū circulare sit ⁊ oculus noster fere in cētro terre vt supra dictum est: qñ stellas per astrolabiū inspicimus circulus astrolabij cōparatur ad circulū celi sicut minor circulus cōcētricus ad maiorē regula igit astrolabij (quā medicliniū dixim⁹) ymaginabiliter vsq̄ ad celū extēsa si moueat circulariter sup centrū astrolabij similes portiones pertrāsibit de circulo astrolabij et de circulo celi. qui igit polū in diuersis ciuitatibus aspiciēs inuenit mediclinii vno gradu astrolabij altius in vna illarū q̄z i alia: recte cōcludit zenit illarū ciuitatū vno gradu celi distare et per ꝓnis vno gradu terre. polus eēm in vna plusq̄z in alia vno gradu sup orizōtē eleuat nūc ab diuersas poloꝝ eleuationes sequūtur diuerse ab equinoctiali distantie et diuersa zenith vt in capto scōo dicet. ¶ Notandum secūdo q̄ astrologi quātitatē ⁊ mēsurā terre tradētes nō intēdūt precise et punctualiter eam diffinire sed

Hee sunt mensure geometrice

Mensure geometrice

Quō dz i telligi q̄ qlibz gradus habz 700. stadia.

Nō terra et alia elemēta proportionaliter diuiduntur sicut celū.

q̄ secūdū Ptholemeum qlz grad⁹ terre nō hz nisi. 500. stadia.

q̄ iudiciū astrolabij semp verum est.

q̄ astrologi ñ tradūt mēsuras corporū pūctualiter.

UVA. BHSC. IyR_331

sine sensibili errore. est enim astrologia non pure mathematica sed media inter physicam & mathematicam vt phus dicit in scdo physicorum. Sunt autem quattuor que predictum astrolabij iudicium pdictam quoque auctoris rem puctualiter & pcise concludere non sinunt. Primum est quia superficies terre vt supra diximus (cuius per accides) non est perfecte rotunda & regularis vnde non esset possibile terram precise mesurari. Secum est distantia oculi nostri et centri astrolabij a centro mundi que aliquem errorem licet imperceptibilem causat. Tertium est quia vt supra patuit pter diuersitatem mediorum radiorum stelle que dicit polus ad nos rectus non peruenit sed fractus. per radios autem fractos vt perspectiui dicunt ipossibile est rei certificari quantitatem precise. Quartum est quia stella illa quam loco poli accipimus non est vere & simpliciter polus sed aliquanto spacio a vero puncto poli distat quare motu primi mobilis licet iperceptibiliter mouet. ideoque errorem aliquem nata est in opere astrolabij causare ille tm error vt diximus insensibilis est. ¶ Textus. Hic autem stadiorum. Declarat distantiam terre ab oriente indico vsque ad occidentem hyspanicum dicens quod si pdictus stadiorum ambitus terre numerus scz. 252000. stadia p medium et in duo equalia diuidat. numerus quotiens inde pueniens scz. 126000. stadia demostrabit spacium terre habitabilis ab occidente in orientem sub eqnoctiali pcedendo. quod intelligendum est secum intentionem huius auctoris & aliorum quos insequtur sed scoz Ptholemeum vt supra diximus eent pauciora stadia scz. 90000. ¶ Notandum quod numerus quotiens apud algoristas dicit ille qui resultat ex subtractione diuisoris a numero diuidendo vt si centum denarij diuidant quatuor hoibus centum est numerus diuidendus quatuor autem est diuisor si igit subtrahat numerus quatuor a centum quotiens poterit pueniet numerus. 25. qui dicit quotiens eo quod significat quotiens quatuor subtrahat a centum similiter si. 252000. numerus diuidendus p duo scz diuisorem diuidit pueniet numerus quotiens. 126000

Quid est numerus quotiens

¶ Textus. Ex his etiam. Demonstrat quantitatem & mensuram terre quo ad eius dyametrum. & prio quo ad totum dyametrum scdo quo ad semidyametrum ibi. quem numerum quantitas dyametri terre hoc modo inuenit diuidatur numerus stadiorum ambitus terre scz. 252000. p. 22. & numerus quotiens inde pueniens scz. 11454. stadia cum medio erit vicesima scda ps ambitus terre. qua subtracta a toto numero ambitus remanent. 240545. stadia cum medio. cuius numeri tertia ps hoc est. 80181. stadia cum medio & tertia ps vnius stadij erit quantitas totius diametri terre. Est enim regula apud geometras practicos qui corpus mesuratores sunt quod si circuli pipheriai vigiti duas ptes equales diuidatur & ex illis remoueat vna remanent tertia ps hoc e. 7. illarum ptium e mesura diametri illius circuli. vm circuferentia ois se hz ad suam diametrum in portione tripla sesquiseptia. Similiter etiam ex diametro si velimus circuferentiam inuenire diuidam diametrum in septem ptes equales tunc circuferentia eius habebit vigiti duas tales ptes. ¶ Notandum quod hec dicta circuli & diametri regula nusquam ab Euclide vel ab alijs geometris speculatis tradita e eo quod non e precise vera. quia tm errorem sensibilem non pertinet ea communiter vtuntur geometre practici vt domificatores confectores scz doliorum & alij hmoi artifices Ex quo infertur quod nec Archimenides nec Thomas bradwardinus nec Lathuriensis quadraturam circuli at quo ad pipheriam aut quo ad aream demostrauerunt. sz grossa & sensibili deductione psuaserunt. Non enim e verum quod portio linee curue a duobus pedibus circini intercepta sit pcise equalis portioni linee recte ab eisdem pedibus circini non variati prehense ex quo principio demostrationes horum doctorum pcedunt. Sicut g tpe aristotelis ita & nunc quadratura quidem circuli scibilis e scia at eius nondum inuenta e. ¶ Textus. Quem numerum. Ostendit quantitatem & mensuram terre quo ad eius semidiametrum q facillime habetur si numerus stadiorum diametri p duo equalia diuidat tunc enim resultabit numerus quotiens. 40090. stadia cum duabus tertijs q est quantitas semidiametri terre id e distantia a superficie eius vsque ad centrum vbi scoz theologos sunt inferi: dicit enim in simbolo: descendit ad inferos. ¶ Textus. Aliorum vero. Determinat de quantitatibus aliorum trium elementorum et breuiter se expedit dicens quod si numerus stadiorum ambitus terre decupletur. i. p decem multiplicem pueniet numerus stadiorum ambitus pueri aqe & pcaui aeris scz. 2520000. stadia. Si at hic numerus iterum decupletur habitur numerus ambitus aeris & pcaui ignis scz. 25200000. stadia. & hoc numero iterum decuplato pueniet numerus ambitus ignis & pcaui celi lune scz. 252000000. stadia p circulum maiorem pputata. similiter etiam numero stadiorum diametri terre pinue decuplato quantitatem diametri aqe aeris & ignis facile inuenietur ¶ Notandum quod hec regula mensurationis horum elementorum pcedit suppito quodam dicto phi in primo metheororum. s. quod quilz duo pria elementa se habent in portione decupla & sub decupla vt puta aqua decupla est ad terram. & aer ad aquam & ignis ad aerem cuius pbationem supi cum de natura celorum ageret tetigimus. Potest tm idem aliter sic corroborari. videmus enim elementa portionabiliter in raritate & densitate sese excedere aqua quidem multo rarior est terra & aer aqua & ignis aere fere scoz eandem portionem. rarum autem sub pauca materia magna hz quantitatem & densum sub multa materia quantitatem hz pua: scoz igitur p portionem excessus raritatis ad densitatem erit p portio excessus magnitudinis ad magnitudinem in elementis. pueniens igit putare oz elementa p portionabiliter se in suis quantitatibus excedere nulla aut portio inter ea pbabilior videtur quam decupla. ¶ Sz hec Aristotelis snia nec Ptholemeo in almagesti/nec Alphragano in libro de aggregationibus stellarum placet vbi probatur quod semidiameter superficiei concaue orbis lune et conuexe ignis continet semidiametrum terre tricesies ter et semis cum vicesima parte. secundum tamen dictam Aristotelis opinionem hec

No regula circuli et diametri no e pcise vera.

UVA. BHSC. IyR_331

semidiameter orbis lune in proportione millecupla se haberet ad se in diametrū terre. Item dicit Alpharganus q̃ semidiameter cōuexi lune cōcauiq̃ mercurij continet semidiametrū terre sexagesies quater cū sexta parte. 64. Et semidiameter cōuexi mercurij ⁊ cōcaui veneris cōtinet semidiametrū terre centies sexagesies septies. 167. Et semidiameter conuexi veneris et cōcaui solis cōtinet terre semidiametrū millies centies vicesies. 1120. Et semidiameter conuexi solis ⁊ cōcaui martis hꝫ terre semidiametrum millies ducēties ⁊ vicesies. 1220. Et semidiameter cōuexi martis ⁊ cōcaui iouis continet terre semidiametrū octies millies octingentesies septuagesies sexies. 8876. Semidiameter ēt ꝓuexi iouis et concaui saturni est semidiameter terre decies quater millies quadringentesies q̃nq̃es. 14405. Et semidiameter cōuexi saturni et ꝓcaui octaue sphere hꝫ semidiametrū terre vicesies millies cēties et decies. 20110. Et semidiameter cōuexi octaue sphere et concaui none est p̃dicti numeri duplū ad terre semidiametrū. ſ. 40220. Sic igitur pꝫ secūdū astrologos vnus cuiusq̃ sphere celestis sub nona sphera corpulentia et crassitudo. Quod si numerus semidiametri cuiusq̃ earū dupletur ꝓueniet numerus ⁊ q̃titas totus diametri eiusdē sphere. hoc aūt diametri numero triplicato septimaq̃ parte diametri superaddita secundū regulā geometricā supradictā habebitur numerus ambitus illius sphere per circulū maiorē. quē etiā numerū ambitus si per duodecim diuiserimus q̃titatē signi illius sphere inuenienus. quodꝫ aūt signū per trigintā diuisum gradū illius sphere producet.

Vide hic de q̃titatib̃ celorū ⁊ signorū et graduū suorū

¶ Capitulum secundum de circulis decē ex quibus sphera materialis componitur et de illis quos in sphera celesti ymaginamur. habet tres partes. prima est de sex circulis maioribus sphere. et primo.

¶ De equinoctiali.

Orum autem circulorū sphere materialis quidā sunt maiores/ quidā minores vt sensui pꝫ. Maior enim circulus in sphera dicitur qui descriptus in superficie sphere super eius centrum trāsiens diuidit spheram in duo equalia. Minor vero qui descriptus in superficie sphere eam non diuidit in duo equalia: sed in portiones inequales. Inter circulos autē prī de maioribus: inter maiores vero primo dicēdum est de equinoctiali. Est igitur eq̃noctialis circulus quidā diuidēs spheram in duo equalia secūdum quālibet sui partē equidistans ab vtroq̃ polo mūdi. Et dicitur equinoctialis: qm̃ quando sol transit p illum (q̃ est bis in anno in principio arietis scꝫ et in principio libre) est equinoctium in vniuersa terra. Unde etiā appellatur equator diei et noctis: quia adequat diem artificialem nocti. Dicitur etiam cingulus primi motus. vnde sciendum q̃ primus motus dicitur motus primi mobilis hoc est none/ vel decime sphere/ siue celi vltimi q̃ est ab oriente per meridiem in occidentem rediens iterum in orientem. qui etiam dicitur motus rationalis: ad similitudinē motus rōnis qui est in michrocosmo. i. in homine. ſ. qm̃ fit cōsideratio a creatore per creaturas in creatorē ibi sistendo. secundus motus firmamenti et planetarū cōtrarius huic est ab occidente per meridiē in orientē rediens iterū in occidentē. qui motus dicitur irrationalis: siue sensualis: ad similitudinē motus michrocosmi qui est a corruptibilibus ad creatorē iterū rediens ad corruptibilia. Dicitur ergo cingulus primi motus: quia cingit siue diuidit primū mobile in duo equalia equedistans a polis primi motus. Unde notandū q̃ polus mūdi qui nobis semper apparet dicitur polus septētrionalis/ arcticus/ vel borealis. Septentrionalis dicitur a septentrione hoc est minori vrsa: q̃ dicitur a septē ⁊ trion quod est bos quia septem stelle que sunt in vrsa tarde mouētur ad modū bouis cū sint ꝓpinque polo. vel dicūtur ille septem stelle septētriones quasi septē teriones: eo q̃ terūt partes circa polū. Arcticus quidē dicitur ab arctos quod ē maior vrsa. est enim hic polus iuxta maiorem vrsam. Borealis vero dicitur quia est in illa parte a qua venit boreas. Polus autē oppositus dicitur antarcticus quasi contra arcticū positus. Dicitur et meridionalis quia ex parte meridiei est. Dicitur etiā australis quia est in illa parte a qua venit auster. Ista igitur duo pūcta in firmamento stabilia dicūtur poli mundi: quia sphere axē terminant: et ad illos voluitur mundus. quorum vnus semper nobis apparet reliquus vero semper occultatur. vnde Virgilius in primo georgicorū. hic vertex nobis semper sublimis. at illum Sub pedibus stix atra videt manesq̃ profundi.

Quid est circulus maior

Quid minor

Quid est circulꝰ eq̃noctialis

Tria nomina eiꝰ. primū.

Secūdū nomen.

Tertium nomen.

De duobus polis ⁊ nobis eorum

Virgiliꝰ.

UVA. BHSC. IyR_331

Capitulum secundum

¶ Hec est tertia pars principalis huius capituli in qua ad maiorẽ supradictoꝝ declarationẽ adiũgit auctor quasdã cõclusiones et quedã notabilia. duas igitur habet particulas. in prima pbãtur due cõclusiones: in secũda ponũtur duo notabilia. ibi notãdũ q. sed scire oportet q iste due cõclusiones valent ad perfectã notitiã compõnis sphere materialis habendã. duo autẽ notabilia ad declarandũ officia et vtilitates quatuor circuloꝝ minoꝝ. prima igitur conclusio est q in sphera celesti: et similiter in sphera materiali bene facta ꝗta est distantia q̃ dr̃ maxima zodiaci declinatio scz inter principiũ cancri et eq̃noctialẽ: tanta esse debet precise distantia inter polũ equinoctialis et polum zodiaci. hec cõclusio demõstratur. sic sumpto ci coluro solsticiali quarta eius ab equinoctiali vsq; ad polum suũ est equalis alteri quarte eiusdẽ q̃ est a principio cancri vsq; ad polũ zodiaci. vtrobiq; cñi quarta circuli intercipitur per diffinitionem poli. iste aũt due quarte habent vnã partẽ cõmunẽ arcũ scz coluri qui est inter principiũ cancri et polum equinoctialis. ab illis ergo quartis equalibus dẽpta illa cõi portione: residue partes vtriusq; quarte erunt equales ad inuicẽ per illã maximã geometricã superius positã. ex prima aũt quarta coluri remanet distantia q̃ dicitur maxima zodiaci declinatio. ex alia vero quarta remanet distantia poli zodiaci ad polũ equinoctialis: agit̃ ille due distantie debẽt esse equalia. ¶ Textus. Cũ aũt. pmit̃ secũda cõclusio talis q illa pars coluri q̃ est inter tropicũ et polũ zodiaci vel circulum puum/fere dupla est ad maximã zodiaci declinationẽ/vel ad distantiã inter polum zodiaci et polũ equinoctialis/vel fere equalis vtriq; illi distantie simul sumpte in sphera bene facta. hec conclusio demõstratiue pbatur suppositis duobus. primũ est q circulus arcticus vel antarcticus scõm quãlibet sui partẽ distat tm̃ a polo equinoctialis sicut polus zodiaci ab eodem. secundũ est q quilibet circulus sphere siue magnus siue puus habet. 360. gradus sicut zodiacus. hijs suppositis arguitur sic ad cõclusionẽ cũ inter equinoctialẽ et polũ eius sit vna quarta coluri solsticialis: illa erit. 90. graduum: sed cũ maxima zodiaci declinatio sit secũdũ Ptholemeũ ferẽ. 24. et totidẽ sit vt ostẽsum est distantia poli zodiaci aut circuli parui a polo equinoctialis: si iste due distantie (que fere faciũt. 48. gradus) demãtur a tota quarta q̃ est. 90. graduũ: residuũ erit. 42. gradus. et tantus est arcus coluri inter tropicũ et polũ zodiaci vel circrlũ paruũ ergo cõclusio vera. ¶ Notãdũ q vt supra dictũ est q̃libet illoꝝ paruoꝝ circuloꝝ causatur ex motu poli zodiaci circa polũ mũdi. oportet igit̃ (cũ polus zodiaci semp equaliter distet a polo equinoctialis) q quelibet pars circunferentie talis circuli equaliter distet a polo equinoctialis. similiter tropicus est circulus paralellus equinoctiali et pter eandẽ causam. in quacũq; igitur quarta duoꝝ coluroꝝ hec cõclo auctoris va est et eodẽ mõ põt pbari. ¶ Textꝰ. Notandum autẽ. Hec est scõa pticula huiꝰ tertie ptis i qua ponũtur duo notabilia q̃ duo officia quatuor circuloꝝ minoꝝ declarãtur. primũ notabile ẽ q circulus eq̃noctialis et quatuor circuli minores dicunt̃ quinq; circuli paralelli id est equi distãtes. nõ quidẽ ad hũc sensum q ꝗtũ primus distat a secũdo tantũ distet scõs a tertio/et tertius a quarto/et cetera: qꝛ hoc falsum est vt pz ex precedente conclusione sz ad hunc sensum q q̃libet duo illoꝝ ad se inuicem cõparati scõm oẽs partes equidistant. et nominantur isti circuli sic. paralellus equinoctialis. paralellꝰ solsticij estiualis. paralellus solsticij hyemalis. paralellus arcticus. paralellus antarcticus. ¶ Notandũ q paralelloꝝ circuloꝝ descriptiones in sphera magnã ptem cosmographie declarant. vnde et Ptholemeus nõ modo quinq; pdictos paralellos sed multos alios ab eq̃noctiali versus polũ

Secũdũ notabile.

Ad quid valet paralellorũ ymaginatio

UVA. BHSC. IyR_331

describit: fere per singulos quatuor gradus: et p singulas notabiles regiones et ciuitates circulos paralellos protrahens. Cũ enim scimus q̃ hec vel illa regio sub tali paralello ab equinoctiali sita est: statim habemus in quo climate sit et cuius qualitatis/ et complexionis est aer illi⁹ et quot miliaria aut stadia habz vnusquisq̃ gradus terre in tali regione: quia vt supra diximus nõ semper quilibet gradus terre habet.700.stadia vt auctor visus est dicere: aut.500.vt Ptholemeus tradit. ad multa etiam alia isti paralelli cosmographis deseruiũt sic igitur pz primũ circulorꝫ maiorꝫ officiũ. ¶ Tex. Notandum etiam. Ponit secũdũ notabile scz q̃ horꝫ quinq̃ paralellorꝫ quatuor circuli minores diuisso equinoctiali diuidũt totã spheram in quinq̃ zonas/plagas/aut regiones: de quibus meminit Virgili⁹ primo georgicorꝫ cũ ait. Quinq̃ tenent celum zone ꝛc. vbi solũ loquitur de diuisione sphere celestis in quinq̃ zonas. sed quia vt iam diximus terra diuiditur cõformiter ad celũ: ideo Ouidi⁹ in primo methamorphoseos: ponit diuisionem terre p̃dicte celi diuisioni proportionabilẽ dicens. Totidẽq̃ plage id est alie quinq̃ zone premunt id est subdũtur hijs zonis celi tellure id est in terra. quarũ que media est illa scz que est inter duos tropicos (quã Virgili⁹ dixerat sole corusco rubentẽ et torridã zonã ab igni) non est habitabilis estu id est nimio calore. quia sol semper super istam zonã aut plagã discurrit. et ideo dicit sole rubens et torrida ab igni. nix alta id est magna frigiditas tegit duas scz extremas zonas que sunt intra circulos paruos vbi est mare glaciale id est congelatum. totidẽ id est alias duas zonas inter vtrasq̃ scz mediã calidissimã et extremas frigidissimas locauit suple cura dei vt postea sequitur in textu Ouidij. in hijs aũt duabus zonis temperiẽq̃ dedit deus mixta cum frigore flama id est ex permixtione calorꝫ medie zone et frigiditatis duarũ extremarũ. et tota litera sequens nõ est nisi declaratio sententie versũ Ouidij. sic igitur pz secũdũ horꝫ circulorꝫ officium distinguere scz regiones temperatas ꝛ habitabiles a regionibus intẽperate habitationis

¶ Notandũ q̃ licet auctor videatur hic sentire q̃ torrida zona que est iter duos tropicos sit inhabitabilis propter calorẽ solis: tamen hoc referẽdũ est ad intẽtionem dictorꝫ poetarum quorum verba (que ipse exponit) videntur sonare q̃ illa zona est inhabitabilis: sed quia vt supra dictũ est hoc est manifeste contra Ptholemeũ ꝛ omnes geographos qui in hac zona multas regiones describũt: ideo dicendũ est q̃ nõ est intẽtio huius auctoris aut horum poetarũ dicere q̃ ibi nulla sit habitatio: sed q̃ non est bona ꝛ multum conueniẽs hominibus. similiter intelligendũ est de zonis extremis cũ dicitur q̃ sunt inhabitabiles propter nimiũ frigus: quia etiã secũm Ptholemeũ intra circulum arcticũ multe insule et hominũ habitationes sunt: licet praue vt iste auctor infra capitulo tertio dicet: quod ex hominũ in talibus regionibus vitã degentium figuris et cõplexionibus facile deprehenditur. qui enim sunt in torrida zona: nigerrimi/ crispi: et parui corpore propter calorꝫ excessum consumentẽ humidũ radicale efficiũtur. qui autem in extrema zona circa polũ vel prope habitant: niuis albi: atq̃ flauis capillis: ꝛ grandi corpore plusq̃ homines tẽperatos decet apparẽt propter frigiditatis excessum et humiditatis abũdãtiã.

¶ Sed circa hoc et circa quedã supra dicta dubitatur vtrũ sub equinoctiali circulo ad minus sit bona et tẽperata habitatio atq̃ hominibus cõueniens. Et in hac questione vt diximus poete et phisici cõtra medicos decertant. Virgili⁹ eñ ꝛ Ouidius in locis prealegatis: et Aristoteles eiusq̃ cõmentatores: et Albertus in secũdo metheororꝫ in tractatu de ventis tenere videtur q̃ sub equinoctiali est excessiua caliditas q̃ habitationẽ reddit intẽperatissimã. Et cõfirmatur ista opinio quia pcedentibus a quarto climate versus equinoctialẽ semper occurrit regio magis calida et magis intẽperata et homines nigriores apparẽt: ergo sub equinoctiali erit intẽperatissima habitatio et homines nigerrimi. Sed Auicenna et oẽs medici moderni cũ eo tenẽt q̃ ibi est nõ modo tẽperata: sed temperatissima et amenissima habitatio. Et hoc cõfirmatur tũ auctoritate Isidori in primo ethimologiarũ q̃ dicit q̃ paradisus terrestris est locus versus oriẽtem situatus multũ appropinquans globo lune sub equinoctiali tẽperatissimus et amenissimus imo de hoc paradiso dicit scriptura q̃ posuit deus hominẽ in paradiso voluptatis. Tũ ratione quia sub equinoctiali semper ẽ equinoctiũ ergo q̃tũ in die calor intẽditur tantũ in nocte a frigiditate remittitur. Et pterea tm̃ ibi influũt planete calidi q̃tũ frigidi et eque directe irradiant ergo cõplexio aeris redditur temperatissima. Et item quia hoc videtur sentire Ptholemeus in tertia parte quadripartiti vbi dicit q̃ omnis tẽperies complexionis ab equinoctionali procedit.

¶ Sed breuiter dicendũ videtur q̃ si illa habitatio intẽperata sit hoc maxime erit propter calorꝫ excessum. quare est aduertendũ q̃ triplici de cã calor alicubi est excessiuus. prima est calefacientis propinquitas et propter hoc regiones sub tropico hyemali (si que sunt) calidiores sunt regionibus existẽtibus sub tropico estuali: qꝛ qñ sol est iuxta tropicũ estualẽ est in auge sui orbis eccẽtrici: sed qñ est ꝓpe tropicũ hyemalẽ est in opposito augis terre propinquior. Secũda cã est radiorꝫ calefacientũ directio et propter hoc regiones sub torrida zona que terminatur ad duos tropicos calidiores sunt regionibus extra torridã zonã existẽtibus in qualibet aliarũ quatuor zonarũ. Tertia cã est mora calefacientis corporis: ꝛ propter hoc in torrida zona regiones circa tropicos et sub eis calidiores sunt regionib̃ circa equinoctialẽ ꝛ sub eo existẽtibus eo q̃ sol cũ describit equinoctialẽ velocius mouetur q̃ dũ describit tropicos et sic radius min⁹ figitur in obiecta terra. Et itẽ qꝛ sol maiori tẽpore circa zenith: eorum qui tropicis appropinquãt q̃ circa equinoctialẽ moratur. cũ enim ad principia arietis et libre peruenerit maiores et notabiliores declinationes ab equinoctiali facit q̃ circa principia cãcri et capricorni. cuius rei ex dierũ ꝛ noctiũ artificialiũ cremẽto ꝛ decremẽto euidentissimũ sumitur argumẽtũ quia sensibili⁹ circa equinoctia q̃ circa solsticia crescũt et decrescunt dies et nocies. hac etiã de cã in mense

Quomõ intelligit illas zones esse inhabitabiles.

Optima questio

Triplex cãusa calorꝫ.

Probatio tertie cause per multa experimẽta

UVA. BHSC. IyR_331

iulij et augusti intensior est calor in regionibus septentrionalibus q̃ in mense maij aut marcij: quanq̃ in mense iunij sol sit eis ꝓpinquior eo q̃ sol diuturnius in signis septẽtrionalibus et versus polum arcticum in mẽse iulij aut augusti q̃ in mense iunij morratus est. Et confirmatur hoc testimonio Aristotelis in secundo metheororũ dicentis q̃ post estiuales conuersiones etheſie venti flare incipiunt ab arcto et septentrione: eo q̃ tunc ex caloris habundantia niues ab altis montibus cadunt quibus terra irrigata et humectata vapores ⁊ exhalationes ministrare sufficit propter hanc etiam causam in diebus estiuis maiorem calorem post meridiem q̃ in meridie vel ante sentimus q̃uis sol in meridie sit zenit nostro propinquior eo q̃ post meridiem diuturnior est solis mora super nostrum horizontem et calor continue calori superadditur et facit ipsum super excrescere ⁊ intendi. Sed sciẽdum q̃ inter has tres causas caloris tertia principalior et maxima est ꝓpter rationem nunc dictam magis enim qñq̃ calefit vnus homo remotus ab igne q̃ alius prope ignem: qr sez ille diutius calefactus est. secunda autẽ causa post ipsam fortior est radiorum directo. minima vero caloris causa est calefacientis ꝓpinquitas. vnde in estate quãq̃ sol a nobis remotior sit quia est in auge eccentrici magis tamen regionẽ nostram calefacit q̃ in hyeme cum circa oppositũ augis est. eo q̃ in estate sol zenit capitum nostrorum appropiquãs directius super nos irradiat Sic igitur ad questionem dicẽdum est saluo meliori iudicio per duas cõclusiones. prima est q̃ sub equinoctiali habitatio est magis intemperata per excessum caloris: q̃ habitationes quarti et quinti climatum q̃ ceterarum amenissime videntur. Patet hec conclusio per oẽs tres causas caloris inductie Secunda conclusio q̃ sub equinoctiali multo temperatior habitatio est q̃ sub tropicis et circa tropicos qr minor ibi est caloris excessus. probatur hoc ex tertia p̃cipue causa qr maior est solis mora circa tropicos vt diximus q̃uis in equinoctiali sit maior solis ꝓpinquitas et aliqñ directior irradiatio. Cõfirmat hoc ex hominũ naturis ⁊ ꝓplexionibus qr habitantes circa tropicũ estiuũ ethiopes nigerrimi siccissimi atq̃ breuis stature ⁊ periodi sunt. sed sub equinoctiali sunt pallidi homines atq̃ bone cõplexionis ⁊ longioris vite reperiuntur. Cũ enim anno rp̃i domini. 1491. illustrissimus hyspaniarum rex Fernandus expertissimos nautas versus occidentem equinoctialem ad insulas quererendas miserit: tandem post quatuor fere mẽses idem naute reuersi insulas multas sub equinoctiali vel ꝓe dicunt se reperisse. in cuius rei testimonium multa genera auium exquisitissima multasq̃ species aromaticas preciosissimas/ arumq̃/ ⁊ homines illius regionis secũ aduererunt: homines quidem illi nõ magne stature/ sz per iocundi/ septus ridentes ⁊ bone indolis facile omnibus credẽtes et aquiescentes/ satis ingenioſi/ ceruleo colore/ ⁊ capite quadrangulari hyspanis mirabiles apparuerunt. ¶ Et per hec ad argumẽta vtriusq̃ opinionis facilis est responsio. non enim sequitur vt dicit prima opinio si ꝓcedentibus a quarto climate versus tropicum estiuum semper apparent calidiores ⁊ intemperatiores regiones: q̃ etiam ꝓcedentibus a tropico versus equinoctialem eodẽmodo appareant ꝓter causas dictas Quod autem secunda opinio adducit ex Ysidoro ⁊ ex tertu facere pagine concedimus: sed dicimus q̃ amenitas paradisi terrestris non est ex qualitate vel natura regionis illius: sed ex paradisi situ. eo enim quod in loco altissimo est: vt Ysidorus dixit transcẽdit magnam partem medie regionis aeris vnde ibi neq̃ venti nec turbines nec pluuie generantur. neq̃ etiam propter radiorũ reflexionem ibi caliditas intenditur. Sepe enim propter diuersum alicuius ciuitatis situm aut in alto aut in imo aut contra orientem vel occidentem aut boream et austrũ in regionibus intemperatissimis ipsa temperata apparet et ecõtra. vnde licet iudea patria calida sit qr in tertio climate: tamen in sancta ciuitate iherusalem aliquando est frigus ingens vt euuangeliste dicunt quia Petrus calefaciebat se propter frigus eo q̃ ciuitas illa est supra montem. Alie vero rationes solum arguunt pro secunda conclusione.

Quõ se hãt ille tres cãe caloris.

Pria cõclusio.

Scda cõclusio.

Experimentum

Qõ paradisus terrestris ly sit i torrida zonã est loco amenissimus.

¶ Reuerendissimi domini Petri de Alia co Cardinalis et episcopi Cameracensis Doctorisq̃ celebratissimi Questio quarta.

Queritur quarto vtrum distantie polorum zodiaci a polis mundi sint equales maximis declinationibus solis videlicet sic q̃ distantia poli zodiaci a polo arctico sit equalis maxime solis declinationi septentrionali. ⁊ distantia alterius poli zodiaci a polo antarctico sit equalis maxime solis declinationi meridionali. Arguitur primo q̃ nõ quia ꝓter motum accessus et recessus octaue sphere quẽ ponit Thebit in quodam tractatu de motu octaue sphere poli zodiaci qñq̃ sunt ꝓpinquiores polis mundi qñq̃ remotiores. ergo distantie istorum polorum a polis mundi qñq̃ sunt maiores et qñq̃ minores. modo maxime solis declinationes semper sunt equales. s. in omni tempore et in omnibus regionibus: ergo distãtie polorum zodiaci a polis mundi non sunt equales illis declinationib̃ maximis. ¶ Secundo sic quia distantie polorum zodiaci a polis mundi sunt semper equales: sed maxime solis declinationes non semper sunt equales ergo questio falsa. consequentia est nota prima pars antecedentis nota est: probatur secunda quia in opposito augis ipsius solis q̃ est in principio capricorni sol est ꝓpinquior terre q̃ in auge eius ergo sequitur q̃ illo tunc describit tropicum hyemalem inequaliter distantem ab equinoctiali ad distantiam qua describit tropicum estiualem. Tertio sic: quia nullus est polus zodiaci ergo questio supponit vnum falsum. antecedens patet quia polus debet esse immobilis cum sit terminus axis modo in zodiaco nichil est immobile ergo nullus est polus zodiaci. Et consimili ratione arguitur quod nullus est polus mũdi. ¶ In oppositum arguitur per auctorẽ in tertu ponẽtẽ q̃ eleuatio poli zodiaci a polo mũdi equalis est maxime solis declinationi et ideo cũ vna maxia solis declinatio

UVA. BHSC. IyR_331

sit alteri equalis: ⁊ etiam vna distantia poli zodiaci a polo mundi sit equalis distantie alterius poli zodiaci a polo mundi: habetur ꝓpositum. In questione erunt duo articuli. in primo erunt notabilia. in secundo conclusiones. ¶ Quantum ad primũ notandum est q̃ per maximas solis declinationes intelliguntur distantie tropicorum ab equinoctiali. ita q̃ per maximã solis declinationem septẽtrionalem intelligitur distantia equinoctialis a tropico cancri seu estiuali. et per maximam solis declinationem meridionalẽ intelligitur distantia equinoctialis a tropico capricorni seu hyemali iste due maxime solis declinationes sunt equales et omnibus tẽporibus ⁊ omnibꝫ regionibꝫ. Tamẽ aduertẽdũ ẽ q̃ cũ dicitur declinationẽ solis esse maiorẽ in vna regiõe q̃ in alia vel ecõtra aliter capiũtur maxia solis declinatio ⁊ eleuatio q̃ ibi. Nã maxima solis eleuatio aliqñ capit ꝑ distantia a ꝓtactu orizõtis vsq̃ ad solem ipso exñte in tropico estiuali in meridie. Et maxima solis declinatio dicitur distantia a zenit capitis ad solem ipso exñte in tropico hyemali ⁊ in meridie. ¶ Secundo notandum est q̃ ꝑ distantiã polorꝫ zodiaci a polis mũdi debemus intelligere duos arcus meridiani circuli q̃ sunt a polis mũdi ad polos zodiaci. ¶ Tertio notandum est q̃ in ꝓposito intelligendum est de zodiaco none sphere/ ⁊ nõ octaue/ ꝑ quo aduertendum est q̃ duplex ymaginatur zodiacus vz vnꝰ in nona sphera ⁊ alter in octaua. Nã zodiacus ymaginatus in nona sphera solũ mouet vno motu scz diurno scõz q̃ nona sphera mouet. Sed zodiacus in octaua sphera triplici motu mouetur scõz astrologos. primo enim motu none sphere motu diurno sicut alii ⁊ hoc super polos mũdi. secõ modo mouetur super polos zodiaci motu ꝓprio illius octaue sphere in qua ymaginatur esse. tertio modo mouetur motu accessus et recessus quẽ ponit iste Thebit in vno tractatu quẽ cõposuit de motu octaue sphere. Et ymaginatur sic fieri q̃ aries zodiaci octaue sphere ymaginatur describere quẽdã paruũ circulũ circa lineam eclipticam zodiaci none sphere quem circulum intersecat linea ecliptica in duobus locis. etiam ex opposito libra zodiaci octaue sphere ymaginatur describere consimilem circulum circa lineam eclipticam none sphere. Vltra ponit Thebit q̃ quando aries zodiaci octaue est in superiori parte illius circuli libra est in parte inferiori sui circuli et econtra. Sed de causa cogente ad ponẽdum huiusmodi motũ accessus ⁊ recessus dicitur q̃ ꝓsideratores ⁊ veritatũ inquisitores reperierunt q̃ stelle circa signum arctis quãdoq̃ sunt ꝓpinquiores polis mũdi quando q̃ remotiores et ita etiã de stellis circa signum libre. sed nõ reperierunt talem dr̃am secũm ꝓpinquitatem vel distantiam in stellis circa signum cancri et signum capricorni. et ideo cum angulis nõ percipiẽtes aliũ modum per quẽ possent ista saluare apposuerunt motum accessus et recessus quẽ vocauerũt motum circulationis scz in octaua sphera et hec de primo. ¶ Quantum ad secũm ponũtur ꝓclusiones. prima est q̃ polus zodiaci octaue sphere non in oibus tẽporibꝫ equaliter distat a polo mundi. pz qꝛ cum octaua sphera moueatur motu accessus et recessus vt dictum est in primo articulo tunc poli zodiaci eiusdem sphere quandoq̃ plus accedunt ad polos mundi et quandoq̃ plus recedunt ab eisdẽ Sequitur corelarie q̃ intelligendo de polis zodiaci octaue sphere nõ oportet semp distantias poloꝝ esse equales maximis solis declinatiõibꝫ ¶ Secunda cõclusio poli zodiaci none sphere semper equaliter distant a polis mũdi. pz cõclusio quia poli zodiaci none sphere et poli mundi sunt in eodem orbe q̃ cum talis orbis nõ sit frangibilis nec diuisibilis sequit q̃ semper equaliter distant abinuicem. ¶ Tertia conclusio est q̃ distãtia poli zodiaci a polo mũdi arctico est equalis maxime solis declinationi septẽtrionali. hec conclusio pz ⁊ capiantur duo arcus quoꝝ vnus est ab equinoctiali ad polum mũdi ⁊ alter a tropico estiuali ad polum zodiaci. tunc isti duo arcus sunt adinuicem equales quia quelibet est quarta pars circuli eiusdẽ. ⁊ illis ambobus arcubus est idem arcus cois: scz arcus qui est a polo mundi ad tropicũ estiualem: dempto q̃ illo cõmuni sequitur per animi cõceptionem q̃ illa que remanebũt erũt equalia. modo remanebũt distantia a polis zodiaci ad polũ mundi ⁊ maxima solis declinatio septẽtrionalis. ¶ Quarta conclusio est q̃ distantia poli zodiaci a polo antarctico est equalis maxime solis declinationi meridionalis. Ista conclusio probatur sicut p̃cedens. ¶ Sed aliquis contra istas duas ꝓclusiones obiceret quia in ꝓbationibus istarũ ꝓclusionũ supponebatur q̃ distãt zodiaci a polo zodiaci est quarta pars circuli modo hoc ẽ falsuz qꝛ cum zodiacus habeat latitudinem .12. graduum: oportet subtrahere .6. gradus et ideo nõ remanet quarta pars. Ad istã rõem respõdetur q̃ bene verũ est de distantia poli zodiaci a zodiaco exclusiue q̃ nõ est quarta pars circuli immo deficiũt sex gradus vt arguit ratio nec illud supponebatur in ꝓbationibus ꝓclusionum. sz bene supponebatur ad illam intelligentiã q̃ distantia poli zodiaci a linea ecliptica que ymaginat indiuisibilis quãtum ad hoc est quarta pars circuli ¶ Quinta ꝓclusio est q̃ distantia circuli arctici a tropico est fere duplex ad maximã solis declinationem. ⁊ etiam ex consequenti ad distãtiam poli zodiaci a polo mundi: pz quia arcus qui ẽ ab equinoctiali ad polum mundi continet nonaginta gradus: modo maxima solis declinatio de illis continet viginti tres gradus ⁊ quinquaginta ⁊ vnum minuta. et tm̃ continet distantia circuli arctici a polo ꝑ tertiã ꝓclusionem sequitur q̃ ambe distantie continẽt quadraginta septem gradus ⁊ quadraginta duo minuta. et per consequens distantia a circulo arctico ad tropicum continet residuum scz quadraginta duos gradus ⁊ octodecim minuta et per consequens est fere duplex ad maximam solis declinationẽ. ¶ Ad rationes ad primã dr̃ q̃ illa ratio arguit ꝑ prima conclusione cum suo corelario. Ad secundam eodẽmodo ⁊ per idem soluitur. Ad tertiam negatur antecedẽs/ ad ꝓbationem dicitur q̃ nõ opz sed sufficit q̃ sit terminꝰ aris circa quẽ fit motus. Ad quartam dr̃ q̃ polus mũdi nõ dr̃ ex eo immobilis q̃ sit ĩmobilis simpliciter/ sed quia eius motus est imperceptibilis. Auctoritas post oppositum est pro dictis.

Primus articulus

Duplicit accipitur maxia solis declinatio.

Duplex ẽ zodiacus

Thebit de motu octaue sphere.

Secundꝰ articulus Maxia cõclusio.

Corelarium.

Secũda cõclusio.

Tertia cõclusio.

Quarta cõclusio.

Quinta ꝓclusio

Ad rationes q̃stionis.

UVA. BHSC. IyR_331

¶ Capitulum tertium de ortu ⁊ occasu signorum. De diuersitate dierum et noctiũ. de hijs que accidunt habitãtibus in diuersis regionibus. et de diuisione climatum. Habet quatuor partes. Prima pars est de ortu et occasu signorum et primo secundũ poetas.

POst considerationem motus celi et circulorũ in eo ymaginabiliũ: pertractandum ẽ de comparatione motus celi ad dictos circulos. Et primo de motu primi mobilis in ordie ad horizontem vnde ortus et occasus signorum et stellarũ contingunt. Signorũ igitur ortus et occasus dupliciter accipitur: quoniã ꝗtum ad poetas/ et ꝗtũ ad astronomos. Est aũt ortus et occasus signorũ quo ad poetas triplex. s. cosmicus/ chronicus/ et heliacus. Cosmicus enĩ ortus siue mundanus est quãdo signũ vel stella supra horizontẽ ex parte orientis de die ascẽdit. Et licet in qualibet die artificiali sex signa sic oriãtur: tamẽ antonomasice signũ illud dicitur cosmice oriri cum quo et ĩ nquo sol mane oritur. et hic ortus proprius et principalis ⁊ quotidianus dicitur de hoc ortu exemplũ ĩ georgicis habetur: vbi docetur satio fabarum et milij in vere sole existente in tauro sic. Candidus auratis aperit cum cornibus annũ Taurus. et aduerso cedẽs canis occidit astro. Occasus vero cosmicꝰ est respectu oppositionis scz quando sol oritur cum aliquo signo cuius signi oppositus occidit cosmice. De hoc occasu dicitur in georgicis: vbi docetur satio frumẽti in fine autũpni sole existente in scorpione qui cuz oriatur cũ sole: taurus signi eius oppositum (vbi sunt pleiades) occidit sic. Ante tibi eoe athlantides abscõdantur: Debita ꝗ sulcis cõmittas semina. Chronicꝰ ortus siue temporalis est quando signũ vel stella post solis occasum supra horizõtem ex pte orientis emergit chronice scz de nocte. Et dicitur temporalis qꝛ tẽpus matematicorum nascitur cũ solis occasu. De hoc ortu habemus in Ouidio de pontho vbi cõqueritur moram exilij sui dicẽs: Quatuor autũpnos pleias orta facit. significans per quatuor autũpnos quatuor annos trãsisse postꝗ missus erat in exiliũ. Sed Virgilius voluit in autũpno pleiades occidere ergo contrarij videntur. Ratio tamen huius est quia secundũ Virgilium occidũt cosmice. secundũ Ouidium aũt oriuntur chronice. quod bene potest cõtingere eodem die diferẽter: tamẽ ꝗa cosmicꝰ occasus est tẽpore matutino. chronicus vero ortus tempore vespertino. Chronicꝰ occasus est respectu oppositõis. vnde Lucanus sic inquit. Mox cum thesalicas vrgebat parua sagittas. heliacus ortus siue solaris est quãdo signũ vel stella videri potest per elõgationẽ solis ab illo ꝗ prius videri non poterat solis propinquitate. exemplum huius ponit Ouidiꝰ in libro de fastis. Jã leuis obliqua sub sedit aquarius vrna. ⁊ Virgilius in georgicis. Gnosiaqz ardentis discedat stella corone. que iuxta scorpionez existens non videbatur duz sol erat in scorpione. Occasus heliacus est quando sol ad signũ accedit: et illud sua presentia et luminositate videri non permittit. huius exemplum est in versu Virgilij premisso scz Taurus et aduerso cedens canis occidit astro.

¶ Istud est capitulum terciũ in quo principaliter auctor agit de hijs q̃ accidunt ex cõparatõe motus celi ad circulos in sphera descriptos. hz quatuor partes. prima ẽ de ortu et occasu signorum q̃ accidunt ex habitudine motus primi mobilis ad zodiacum ⁊ ad horizontẽ. In scda q̃ incipit ibi ⁊ per hec. agitur de diuersitate dierũ et noctiũ penes crementũ ⁊ decrementũ q̃ ex accessu et recessu solis ĩ zodiaco/ ⁊ ex ascẽsionibus signorũ cõtingit. In tercia pte que incipit ibi. Notandũ ꝗ illis erit sermo de hijs q̃ accidũt habitantibus in diuersis locis et regionibꝰ q̃ etiã ex motu solis in zodiaco ⁊ ex ortu ⁊ occasu signorũ pueniũt. In quarta ⁊ vltia ibi. ad maiorẽ autẽ. determiabit de diuisione climatũ ⁊ regionũ terre hitabilis. prima pars hz duas pticulas prima ẽ de ortu ⁊ occasu signorũ ⁊ stellarũ secũdũ poetas secũda ibi. sequit de ortu. est de ortu ⁊ occasu signorũ secundũ astronomos. Et hoc manifeste significat textꝰ in diuisione p̃missa cũ ait signorũ igit ortus. ¶ Circa hoc aũt notãduz ẽ ꝗ aliter poete aliter ꝗ astrologi de ortu ⁊ occasu signorũ intendũt poete eẽ quibus mensibꝰ aut diebꝰ ãni quibus etiã horis hec stella vel hoc signum aut illud super horizontem nostrũ videri poterit tradunt. vnde certa tpa anni signare volentes ortu et occasu signorũ ⁊ stellarũ vtuntur. Sed astrologi equationes domorũ celi ⁊ diuersitates tẽporũ inuestigare volentes durationez ⁊ morã cuiusliz signi aut partis zodiaci in oriendo et occidẽdo per horizontẽ suis tabulis ⁊ instrumẽtis inq̃rũt.

¶ Deinde sub diuisionez primi mẽbri autor ad

Distictio ortꝰ ⁊ occasus.
Sub distictio
Cosmicꝰ ortus
Virgilius
Cosmicꝰ occasus.
Virgilius
Cronicꝰ ortus
Ouidius
Dubitatio.
Solutio.
Chronicꝰ occasꝰ
Lucanꝰ.
Heliacꝰ ortus.
Ouidius
Virgiliꝰ.
Heliacꝰ occasus.
Virgiliꝰ.
ꝗ dñter poete et astrologi de ortu et occasu signorum agunt.

UVA. BHSC. IyR_331

iungit ibi. Est autē ortus. que talis est q̃ scōm poetas ortus et occasus signoꝝ est triplex: scz cosmicus/chronicus/et eliacus. hijs em̄ tribus modis signa et stelle oriri ⁊ occidere id est apparere ⁊ occultari nobis dicunt vt in sequentibus videbitur. ¶ Cōsequēter membra diuisionis p̃sequitur primū ibi. cosmicus em̄. scōm ibi. chronicus ortus. tertiū ibi. eliacus ortus. Et in qualibet harū partiū sunt due particule. prima ē de illo ortu. secūda de occasu sibi opposito. Cosmicus igitur id est mūdanus ortus (cosmos em̄ grece mundus est latine) scōm poetas est signū vel stella q̃ supra horizontē de die ascendit (diē hic dicimus apparitionē solis in nostro hemisperio) sic igitur oia signa ⁊ stelle que in toto die super horizontē nostrū ex parte oriētis ascēdūt dicūtur a poetis cosmice oriri. Est tū cōsiderandū q̃ licet in qualibz die sex signa zodiaci super nostrū horizontem cosmice oriātur: tū inter oia illa signū quod primū oritur (illud scz in quo est sol) dicitur cosmice oriri anthonomasice id est principaliter. ⁊ huius ratio est quia ortus solis p̃rie et principaliter inter oēs ortus dicit. ⁊ hic est nobis quotidianus: et maxime notabilis atq̃ sensibilis. vnde et p̃ter hoc ortus diurnus stellarū ⁊ signoꝝ cosmicus id est mūdanus ē appellatus in die etiā cū oēs vigilemus et operemur tēpus et mūdū sentimus: sed in nocte dormientes (velut hij qui in sardo insula dormierūt vt dr̄ in quarto phisicoꝝ) tempus nō sentimus. Et de hoc signo principaliter oriente intelligūt sepius poete cū de ortu cosmico loquūtur. vnde Virgilius in primo georgicoꝝ (vbi agriculturā et aruoꝝ cultus edocet) cū tēpus seminandi fabas et milū in ytalia vellet ostendere sic inquit. Candidus auratis ⁊ cetera cuius littere hec est ordinatio. cum id est qñ taurus candidus id est splendidus p̃ter stellarū suarū fulgorē. cornibus suis auratis id est stellis ornatis aperit annū id est incipit annū vel diē supple tūc est tēpus predicta seminandi. vult ergo dicere Virgilius q̃ qñ primū signū de die oriēs fuerit taurus tūc est tēpus seminandi fabas ⁊ milū. et hic est mēsis aprilis cū sol est in tauro. Dicitur autē taurus aperire annū: qr tempus illud quo sol est in signo tauri: et taurus est primū signū qd̄ de die oritur. incipiūt virescere oia terre nascētia ⁊ terra videtur aperiri. p̃ter q̃ mensis ille dictus est aprilis ab aperiēdo terrā vt etiā supra cū rōem nois tauri redderemus tactū est. ¶ Tex. Sed occasus. Dicit de occasu cosmico opposito. est em̄ quodlz signū vel stella q̃ sub horizōte de die mergitur et occidit ex parte occidentis: et hoc significat cum dicit respectu oppositionis id est partis opposite in celo que est occidēs. et licet sex signa quotidie cosmice occidant: principaliter tamē illud quod de mane sole oriēte occidit cosmice occidere dr̄. et hoc intelligit cum dicit scz qñ sol ⁊c. et de hoc signo primo occidēte cōiter poete faciūt mentionē. vñ Virgilius in p̄mo georgicoꝝ demōstrans tēpus seminādi frumenta in mēse scz octobris cū sol est in scorpione sic inquit. ante tibi abscōdātur scz cosmice in principio dici athlantides eoe id est orientales que sunt septē stelle cōgregate in signo tauri. ⁊ secūdū fictionē poetarū fuerūt septem sorores dicte athlantides a parte athlāte pleiades vero a matre. Dicūtur tū eoe id est orientales: vel quia ex partibus orientis iste sorores oriūde fuerūt: vel vt Seruius exponit: quia in mense octobris de quo Virgilius loquitur p̃ter earū remotionem a sole in ortu eliaco posite sunt de quo infra. hee inq̃ athlantides abscondantur tibi occasu cosmico anteq̃ comitas semina tua sulcis terre. Regula ergo Virgilij in hoc loco est q̃ non est tēpus seminādi frumēta anteq̃ primū signū qd̄ de die occidat sit taurus et hoc non erit nisi sole existēte in scorpione in mēse octobris vt dixim⁹. ¶ Text⁹. Chronicus ortus. Determinat de secūdo membro p̄dicte subdiuisionis: et primo dicit quid est ortus chronicus. secundo remouet quādā apparentē cōtrouersiā inter Virgiliū et Ouidiū ibi. sed Virgilius. tertio dicit de occasu chronico ibi. chronicus occasus. Ortus igit̄ chronicus id est temporalis est signū vel stella q̃ supra horizontē ex parte orientis de nocte (que est totū tēpus quo sol est sub nostro horizonte ⁊ vmbra terre est in nostro hemisperio) ascendit. et principaliter illud signū quod in principio noctis oritur. Et dicitur iste ortus nocturnus temporalis: quia nox est tēpus mathematicis operibus aptissimū. ⁊ de hoc ortu loquitur Ouidi⁹ in libro de pontho vbi morā exilij sui sic cōqueritur. quattuor autūpnos id est quattuor ānos pleias constellatio illa septem stellarum que est in tauro de qua nuper diximus orta scz chronice in principio noctis quod nō fit nisi in autūpno sole existēte in scorpione mēse octobris. tūc em̄ sole occidente taurus vbi sunt pleiades oriē chronice ideo notāter dicit quattuor autūpnos vt simul morā exilij sui quattuor annos ⁊ tēpus quo pleiades oriuntur chronice scz autūpnū significaret. ¶ Notādū q̃ dictio mathesis a qua mathematicus dicitur dupliciter potest p̃ferri ⁊ sic dupliciter interpretatur secūdū Isidoꝝ. p̃mo profertur media syllaba producta ⁊ sic idem est mathesis quod diuinatio et mathematicus hoc modo est diuinator: et sic sunt quedā artes mathematice prohibite ab ecclesia que sunt diuinatorie scz geomantia/ydromantia/aeromātia/pyromantia/cyromātia/spatulamantia/nigromātia/et auguriū. et multe alie diuinatorie seu malefice artes quas dyabolici homines frequētiꝰ noctu operibus adaptant: ⁊ ideo nox dicitur eē tēpus mathematicoꝝ id est diuinatoꝝ. Aliomodo profertur mathesis penultima breui ⁊ sic idē est q̃ abstractio et mathematica est scientia abstractiua: doctrinalis: vel demōstratiua. et mathematicus est abstractor vel demōstratiuus et sic sunt quinq̃ scietie mathematice: due principales pure mathematice et subalternantes: scz arithmetica et geometria: et tres subalternate medie inter phisicā et mathematicā: scz musica perspectiua: et astrologia. et quia astrologi p̃ semp stellas de nocte cōspiciūt: ideo tēpus mathematicoꝝ id ē astrologoꝝ dr̄ esse nox. vñ ꝗsus Scire facit mathesis: dat diuinare mathesis. ¶ Textus. Sed Virgilius. Mouet cōtrouersiam que apparet inter dicta Virgilij et Ouidij circa ortum et occasum pleiadū: et primo ponit illā cōtrouersiā. qr cū vterq̃ eoꝝ de autūpno et de mense octobris loq̃retur: tū Virgilius dicit

Quare ortꝰ diurnus dicit̄ cosmicus

Qd duplices sūt mathematici.

Septē artes diuinatrices.

Quinq̃ mathematice.

UVA. BHSC. IyR_331

athlantides abscōdātur. Ouidius aūt dixit pleias orta. vñ eodem tpe easdē stellas vnus dixit oriri: alius occidere ⁊ sic ptrariy videtur. ¶ Secūdo ibi. ratio tamē. tollit dictā cōtrouersiā ꝓter equocationē ⁊ diuersitatē ortus et occasus de quo loqbātur. Virgilius ēm intelligebat de occasu cosmico: sed Ouidius de ortu chronico vt visum est. et vtrūq; hoꝝ pōt ptingere eodem die in eisdē stellis scz cosmicus occasus de mane et chronicus ortus vesperi ⁊ in principio noctis. et sic nulla est inter dicta hoꝝ poetarū contrarietas. ¶ Textus. Chronicus occasus. Declarat chronicū occasum p oppositū ad suū ortū est ēm signū vel stella q̄ de nocte sub horizonte mergitur ⁊ descendit ex pte occidētis. et de hoc occasu intelligit Lucanꝰ libro quarto pharsalie cū ait. cū nox parua vrgebat id est cogebat ire ad occasum sub horizōte thesalicas sagittas id est signū sagittary qd fingitur fuisse chiron thesalicus apprime in arte sagittādi eruditus. Et loquit Lucanꝰ de quodā bello nauali inter gētes cesaris ⁊ pōpei. et vult significare tēpus qz scz i mēse maij (qñ noctes sunt breuiores diebꝰ) quadā die ante diluculū cū signū sagittary iā declinaret ad occasum ꝓterea qz sol i signo oppositō existens scz in geminis ꝓperabat ad ortum. ¶ Tex. Eliacus ortꝰ. Prosequit tertiū mēbrū ꝑdicte subdiuisionis ⁊ ꝑmo de ortu eliaco. ē ēm ortus eliacus id est solaris qñ signū vel stella recedit a sole: vel sol ab eo. ⁊ ꝓter talē elōgationē pōt videri cū prius nō videret solis ꝓiqtate sicut ptz de luna qñ noua apparet qz tūc exit de subradijs solis: et tūc incipit videri cū prius nō videret. vñ hic ortus nō dr p respectū ad horizontē sed ad solē. dato ēm q̄ aliqs planeta esset supra nostrū horizōtē ⁊ ꝓpe solē nō diceret ortꝰ eo q̄ nō posset a nobis videri: sed tm qñ a sole recederet vel sol ab eo. et si aliqs planeta esset sub nostro horizōte ⁊ recederet a sole diceret iā ortus eliace. Et de hoc ortu dat duo testimonia poetarū. ꝑmū est Ouidij in libro de fastis iā leuis ꝛc. et vult dicere q̄ aquarius q̄ fuerat sub radijs solis in mēse ianuarij iā incipiebat apparere de mane ante solis ortū in mēse februarij per ortū eius eliacū. aquarius igit leuis qz breues habet ascēsiones iā subsedit id est iā stetit sub radijs solis et tm nūc apparet obliqua vna qz fingitur esse homo vnā aque euertēs vt supra dictū est. Secōm testimoniū est Virgilij in ꝑmo georgicoꝝ: vbi tēpus sationis frumētoꝝ determinat. dixerat ēm ante tibi eoe athlantides abscōdātur. deinde subiūgit Gnosiaq; ardentis discedat stella corone: debita quā sulcis comitas semina: et secūdus versus sic ordinat. stella gnosia id est crethensis qz fingitur fuisse ariadne minoys regis crethēsis filia. stella inq; corone ardentis id est lucide ⁊ splendide est ēm quidā circulus stellarū iuxta signū scorpionis qui dr corona septētrionalis vna scz de. 48. ymaginibus octaue sphere: et hac corona dicit fuisse ornatā ariadnem in celo. decedat id ē recedat a radijs solis anteq; sulcis comitas semina debita. dum ēm sol est in scorpione corona ista nō pōt videri quia est ꝓpe solē. vñ Virgilius dicit q̄ oportet spectare tēpus qñ corona ista de mane possit videri ortu eliaco per elongationem solis ab illa

ꝑiusq; frumēta seminētur et hoc erit in mēse nouēbris. ¶ Tex. Occasus heliacus. dicit de occasu oppositō. est ēm signū vel stella q̄ prius videbat sed post eas p accessum solis ad ipm videri nō pōt et nobis occultat et hoc accidit lune in fine mēsis cū ꝓperat ad cōiūctionem solis prius ēm p aliquot dies circa crepusculū matutinū videbat sed postea soli ꝑiūcta nō videtur. ⁊ de hoc occasu loqtur Virgilius in ꝑmo georgicoꝝ in versu quodā superius iā adducto scz taurus et aduerso cedens canis occidit astro. cuiꝰ versus prima dictio ad aliā sententiā ptinet: sed residuū sic exponitur. canis q̄ est quedā stella in tauro et dr canis minor vel canicula. canis aūt maior est alia stella iuxta cancrū et leonē. canis inq; cedens id est dans locū aduerso astro id est soli appropinquanti qui ꝓterea dr ei aduersus qz ipm occultat ne videri possit dū sol est in tauro. ⁊ ideo occidit id est occultatur sub radijs solis et est in occasu heliaco. tota ergo sententia Virgilij in illis duobus versibus est q̄ qñ sol est in tauro in mēse aprilis vbi taurus est primū signū q̄ oritur cosmice de die: et canis stella tauri est sub radijs solis in occasu heliaco tunc est tēpus seminādi fabas ⁊ milū. ¶ Notandum q̄ ortus et occasus qui a poetis dr heliacus id est solaris: ab astrologis ortus ⁊ occasus planetarū matutinus ⁊ vespertinus dr. quomō aūt hoc planetis ptingat et q̄bus cōueniat ortus quibꝰve occasus capitulo quarto habz latius videri. ¶ Notādū etiā q̄ ortus ⁊ occasus signorum et stellarū secūdū poetas multū est in vsu apud vulgares qui fere in locis desertis stellis ꝑ horologijs vtūtur vidimus enim pastores et plerosq; agricolas quolibet mense anni per diuersas cōstellationes eis experientia cognitas et certis noibus ab ipsis nomiatas de horis nocturnis certissime iudicātes. habent enim ipsi experientiam in autūpno q̄ pleyades quas ipsi cassilas vocant in principio noctis oriūtur: et in principio diei occidūt: ideo per totā noctē locum pleyadum inspiciētes scīūt dicere talis hora est vel post tot horas erit dies. et ita in alijs mensibus habent alias cōstellationes sibi notas quibus eadem decernūt. Ad autem quolibet mense anni signa in principio diei et in principio noctis orientia et occidentia per horizontem facile cognoscamus presens subditur tabula.

Ad quid valēt oia supradicta.

¶ Tabula ortus et occasus cosmici et chronici duodecim signorum.

Marcius	Aries	Septēber	In principio diei in hijs mēsib hec signa oriūtur ⁊ opposita occidūt.
Aprilis	Taurus	October.	
Maius	Gemini	Nouēber	
Junius	Cancer	Decēber	
Julius	Leo	Januariꝰ	
Augustus	Virgo	februariꝰ	
September	Libra	Marcius	
October	Scorpius	Aprilis	In principio noctis i hijs mēsib hec signa oriūtur ⁊ opposita occidūt.
Nouember	Sagittariꝰ	Maius	
December	Capricornꝰ	Junius	
Januarius	Aquarius	Julius	
Februariꝰ	Pisces	Augustꝰ	

¶ Ortus vero ⁊ occasus heliacus signorum p introitum solis in. 12. signa sciri poterit.

UVA. BHSC. IyR_331

¶ De ortu ⁊ occasu signorum secundum astronomos.

Sequitur de ortu ⁊ occasu signorum put sumunt astronomi et prius in communi. Et est sciendum ꝙ tam in sphera recta ꝗ in obliqua ascēdit equinoctialis circulus semper vniformiter. quia scilicet in temporibus equalibus equales eius arcus ascendunt. Motus enim celi primi vniformis est cuius ille est cingulus vt dictum est. et angulus quem facit equinoctialis cum horizonte aliquo non diuersificatur in aliquibus hors. Sed zodiacus non omnū suarum partium habet vniformes ascensiones in vtraqꝫ sphera/nec in temporibus equalibus equales eius arcus ascendunt. Et huius signum est ꝙ sex signa zodiaci oriuntur in longa vel breui die artificiali similiter et in nocte. anguli etiam quos facit zodiacus cum horizonte in omnibus hors diuersificantur. Verum quanto aliqua zodiaci pars rectius ortur tanto plus temporis ponitur in suo ortu. Notandum etiam ꝙ ortus vel occasus alicuius signi nichil aliud est quā illam partem equinoctialis oriri que ortur cum illo signo oriente vel ascendente super horizontem. aut illam partem equinoctialis occidere que occidit cum illo signo occidēte id est tendente ad occasum sub horizonte. Vel sic. ortus vel occasus alicuius signi est spacium tēporis quod (dū illud signū ascēdit aut descendit in horizōte) pertransit. ⁊ hoc per grad⁹ circuli ēqnoctialis qui cū illo signo ascendūt aut descendunt cognoscitur. Itē sciendū ꝙ triplex est ort⁹ aut occasus signorum scz rectus obliqu⁹ et medi⁹ seu equalis. Signū quidē recte oriri dicitur cū quo maior pars eqnoctialis ortur oblique vero cū quo minor. sz equaliter cū quo equalis. similiter etiā intelligendū est de occasu. Nunc autē specialiter de ortu et occasu signorū dicendū est. et prius in sphera recta de qua tres regule ponuntur Prima regula est ꝙ in sphera recta quatuor quarte zodiaci inchoate a quatuor punctis cardinalibus: duobus scz solsticialibus et duobus equinoctialibus adequantur inuicem et cum quartis equinoctialis sibi contermi-

Pria suppositio.

Secūda suppō.

Tertia suppō.

De sphera recta.

Pria regula.

natis in suis ascensionibus. qz quantum temporis cōsumit vna quarta zodiaci in suo ortu: in tāto tēpore alia quarta zodiaci et similiter quarta equinoctialis illi ꝓtermi nalis peroritur. Sed tamen partes illarum quartarum variantur. qz nec inuicē/nec cū partibus eqnoctialis sibi correspōdētibus habēt eqles ascēsiones vt postea patebit. Secūda regula ꝙ qlz duo arc⁹ zodiaci eqles ⁊ equaliter distates ab aliquo quatuor punctorū iā dictorū equales habēt ascēsiones. Et ex hoc seqtur ꝙ signa opposita equales habēt ascēsiones i sphera recta. Et hoc est ꝙ dicit Lucanus loquēs de pcessu Catonis in libiam versus equinoctialem. Nō obliqua meant. nec tauro rectior exit Scorpius. aut aries donat sua tēpora libre Aut astrea iubet lentos descendere pisces. Par geminis chiron. et idem ꝙ charcinus ardens Humidus egloceros. nec plus leo tollitur vna. Hic dicit Lucanus ꝙ existentibus sub equinoctiali signa opposita equales habent ascensiones et occasus. Oppositio autem signorum habetur per hunc versum. Est li/ari. scor. tau. sa. gemi. capri. can. a. le. pis. vir. Tertia regula est quod signa continuata et equidistātia duobus equinoctijs oriuntur oblique. signa vero continuata et equidistantia duobus solstitijs oriuntur recte. signa autem inter media oriuntur equaliter in sphera recta. Et notandum ꝙ in sphera recta vnum quodꝫ signum quantam habet ascensionem tantam precise habet descensionem vel occasum.

Scda regula.

Correlarium. Lucan⁹.

Oppositio signorum.

Tertia regula.

Notabile

¶ Hec est secunda particula prime partis de ortu et occasu signorum secundū astrologos. ⁊ primo in generali quasdam suppositiones premittendo. secundo in speciali ad singulas habitationes applicando ibi. Nūc autem. Ꝗtum ad primū ponuntur tres suppositiones secūda ibi. Notandum etiam. tertia ibi. Item sciendū. Prima ergo suppositio est de cōparatione ortus et occasus partium zodiaci. ⁊ est differentia qz omnes partes circuli equinoctialis semp oriuntur et occidunt vniformiter in quocūqꝫ mundi horizonte aut hominū habitatione quia in temporibus equalibus partes eius equales oriuntur et occidunt. sed partes zodiaci non omnes vniformiter oriuntur etiam in eodem horizonte: qz in temporibus equalibus inequales zodiaci partes oriuntur et occidunt et econuerso. Prima pars probatur duabus rationibus vna est phisica talis qz equinoctialis circulus vt supra dictum est in capitulo secundo est cingulus

UVA. BHSC. IyR_331

¶ Secūda particula huius partis determinat de climatibus in speciali. et primo dicit de vno quoq; climate notando sitū et quātitatem eius. deinde ponit quedā notabilia ibi. vltra aūt. quātū ad primū duo facit. primo ponit diffinitionē climatis et ipam declarat. secūdo dicit de quolibet climate in speciali ibi. mediū igitur. Diffinitio climatis secundū astrologos hec est. Clima est certū spaciū terre habitabilis et temperate a duabus lineis equinoctiali paralellis interceptū inter cuius principiū quod est versus equinoctialē et finē versus polū arcticū diei vel noctis maioris totius anni quātitas per mediā horam variatur. Et declarat hanc diffinitionē sic videmus eim qvando dies sunt maiores noctibus in vere et estate q̄ eadē dies numero non est equalis in oibus regionibus: sed est maior in regionibus septentrionalibus q̄ in australibus id est ꝓinquis equinoctiali: cuius diuersitatis ratio supra in parte secūda habita est. si ergo capiamus diē solsticij estiualis quelibet due ciuitates distabūt adinuicē per vnū clima secūdū latitudinē: in quarum vna hec dies fuerit prolixior aut breuior media hora q̄ in alia. similiter intelligatur de nocte prolixiore ¶ Textus. Hediū igit. Determinat de quolibet climate in speciali: ⁊ diuiditur hec pars in septē partes que patebūt in processu. Sed aduertendū q̄ in quolibet climate notat sitū et quātitatē eius. similiter et durationē prolixioris diei in eo: atq; nomē climatis apponit quod a principaliori eius aut vrbe aut fluuio aut monte derituatū est. Primo tamē media climatū q̄ principia aut fines declarat: eo q̄ astrologi tabulas suas cōmuniter ad media climatū dirigūt. quia habita computatione pro medietatibus climatū habetur etiā et pro extremis cōsiderando scz differentiam inter tabulas vnius climatis et tabulas alterius sibi primi. Hediū igitur primi climatis est in illa regione vbi maxima dies anni est. 13. horarū et eleuatur polus super horizontem gradibus. 16. et dicitur clima diameroes a Heroe ciuitate africe: que est principalior atq; famosior in medio primi climatis. Principiū huius climatis est vbi maxima dies ānī est. 12. horarū et triū quartarū vnius hore: et eleuatur polus supra horizontem gradibus. 12. et minutis. 45. Finis autem huius est vbi maxima dies fit. 13. horarū et vnius quarte hore. et eleuatur polus supra horizontem gradibus. 20. et minutis. 30. et hoc spaciū terre est 440. miliariorum in sua latitudine. vnde patet clare q̄ hic non sequitur auctor regulam mensurationis terre supra in fine primi capituli positam: scilicet dādo cuilibet gradui. 700. stadia sed hic sequitur Alphraganū. In hoc autē climate sunt iste ꝓuincie: libia interior/pars ethyopie sub egypto/mare rubrum/ pars arabie felicis/pars vtriusq; indie intra et extra gangen fluuiū/sinarū regio. ¶ Text⁹. Hediū aūt scōi. Dicit de situ secūdi climatis: et littera clara est ad instar precedētis dūmō sit correcta. Dicitur aūt hoc clima diasiene a Siene ciuitate egypti que prouincie thebaydos principiū est. In hoc climate sunt iste prouincie: pars vtriusq; mauritanie/et tinganice/et cesariēsis/getulia/ et deserta libia/pars africe minoris/ pars numydie: cirene/et marmarice/fere tota egyptus/ et pars libie interioris/ arabie felicis/ et carmanie/ gedrosia/et maior pars vtriusq; indie/ et regionis sinarum. ¶ Textus. Hediū tertij. Littera clara est. sed dicitur hoc clima dialexandrios ab Alexandria insignivrbe africe que est metropolis egypti ab Alexandro cōdita. in hoc climate sunt iste regiones: maior pars vtriusq; mauritanie/pars etiam africe/minoris/ et numydie/et cirene/et marmarice/aliqua etiā pars egypti/et libie interioris/pars cipri insule/et sirie/tota fere iudea/arabia petrea/arabia deserta/pars babilonie/susiane/persidis carmanie/⁊ arie/paropanisi/tota drangiana/aracosia/⁊ pars vtriusq; indie et regionis sinarū. ¶ Textus. Hediū aūt quarti. Littera clara est. dicitur autē hoc clima diarhodos a Rhodo asie minoris īsula vbi etiā preclara ciuitas eiusdē nominis sita est. In hoc climate est fere totū mare mediterraneū cū suis insulis et regionibus ei collateralibus. scz parte hyspanie que dicitur betica ⁊ alia que dicitur tarraconensis/et parte vtriusq; mauritanie/numidie/africe minoris/marmarice/parte etiā illiridis/et italie/ cū fere tota sardinia/ sicilia/epyro/achaia/macedonia/euboya/cum parte peloponesi/ et creta insula/ pars asie minoris/ licie: galacie/capadocie/ vtriusq; armenie scz maioris ⁊ minoris/tota pamphilia/et cilicia/rhodus et cyprus insule/pars sirie/mesopotanie/arabie deserte/babilonie/tota assiria/ pars medie/susiane/pars persidis/tota parthia/aria ⁊ paropanisus/pars hircanie/margiane/bactriane/⁊ scithie que est extra himaum montem/ pars serice regionis: atq; vtriusq; indie. ¶ Text⁹. Hediū quinti climatis. Littera clara est. dicitur autem hoc clima diaromes a Roma notissima vrbe europe que olim dña gentiū nūc autē sedes summi sacerdotis est. In hoc climate sunt ꝓuincie sequētes: fere tota hyspania/ pars gallie narbonēsis/panonie/illiridis/dalmacia/ magna pars ytalie/dacie/misie inferioris/tota misia superior tracia/ chersonesus/ pars macedonie/ peloponesi/crete/pontus/⁊ bithinia/pars asie minoris gallacie/ capadocie/ armenie vtriusq;/ medie: hircanie/ tota fere margiana/ bactriana/ pars godiane/⁊ vtriusq; scithie/sacharum regio atq; pars regionis serice. ¶ Textus. Hedium sexti climatis. Littera clara est. dicitur autem hoc clima diaborystenes a Borystene magno sarmacie et scitarū fluuio qui est quartus ab istro. In hoc climate sunt iste prouincie: pars hyspanie tarraconēsis que dicit prouincia sancti Jacobi asturie/ nauarra/ et gasconia/ tota fere gallia narbonensis/et pars aquitanie/et gallie lugdunensis/pars germanie/ et italie/rethia/vindelicia/noricū/panonia superior/ et pars inferioris panonie/illiridis/vtraq; sarmacia/taurica/iasiges/dacia/misia inferior/pars asie minoris/galathie/tota colchis/iberia/albania/ pars armenie maioris/ mesopotanie/bactriane/ godiane: vtriusq; scithie/⁊ serice. ¶ Textus. Hediū aūt septimi. Littera clara est vt in p̄cedētibus. dicit autē hoc clima diaripheos a montibus ripheis in sarmacia europe insignibus atq; perpetua nive candētibus. Regiones huius climatis sunt tota fere gallia quadripartita magna germa-

UVA. BHSC. IyR_331

nia/pars capadocie/ sarmacie/ asie minoris/ et vtriusq; scithie atq; serice regionis. ¶ Textus Vltra asit. Ponit tria notabilia primū est respōsiuum ad tacitā dubitationē. dixisset eñ aliquis q; preter regiones ⁊ climata notata sunt multe alie habitationes hoim scz ⁊ ante pmū clima et post septimū: ideo videt q; insufficiēter climata sint diuisa. Ad hoc respondet q; licet extra septem climata plures sunt insule ⁊ hoim habitationes qz tñ intemperate sunt aut ꝓter nimiū calorem/aut excessiuam frigiditatē: sub climate non merentur cōputari. quapropter particulam illā habitabilis et tēperate diffinitioni climatis ab auctore posite addidimus. Verūtamē moderni astrologi ex germania ⁊ anglia octauum clima addiderūt ne regiones ille extra climata remanerent. Et regiones ante primū climū sunt iste. pars ethyopie que est sub egypto et arabie felicis. et libie interioris. ⁊ tota ethiopia interior. pars vtriusq; indie. aurea chersonesus. pars regionis sinarum. et taprobana insula. Regiones autē vltra septimū clima sunt iste. hibernia insula. albion insula vbi ⁊ anglia et scocia ⁊ plures alie prouincie iste sunt. magna pars sarmacie europe. et sarmacie asiatice. hyperborei montes et pars ymai montis et serice regionis. dacia. suecia. lubeca. dantiscum. gallandia. holandia. tile insula. orchades. et islandia. gothia. ¶ Textus. Dis itaq;. Ponit scōm notabile recolligens totā diuersitatē horarū ⁊ eleuationis poli inter principiū primi climatis ⁊ finē septimi qz tota diuersitas horarū in q̄titate maxime diei anni sunt tres hore cum media. et in eleuatione poli tota diuersitas sunt fere. 38. gradus celi. ¶ Text⁹. Sic igit. Tertiū notabile de longitudine ⁊ latitudine climatum est q; latitudo clima tis dr̄ distantia eius ꝓcedendo ab equinoctiali versus polū. vñ pz scōm p̄dicta q; latitudo p̄mi climatis est maior latitudine scōi/⁊ scōi q̄ tertij. et sic deinceps. Longitudo aūt climatis est distantia eius ab oriēte in occidentē. ⁊ longitudo primi climatis est maior lōgitudine scōi ⁊ scōi q̄ tertij ⁊ sic deinceps qō contingit ꝓterea qz continue accedit ad polum p minores circulos. semicirculus enim quartam habitabilem includens facit angustiam sphere versus polum. quāto enim magis receditur a centro circuli tanto breuiores sunt corde nunc autem climata sunt velut corde in dicto semicirculo.

¶ Reuerendissimi domini Petri de aliaco cardinalis et episcopi cameracensis doctorisq; celebratissimi questio tertia.

Queritur tertio vtrū solū vna quartarū septentrionaliū sit habitabilis. ⁊ arguit q; nō primo qz aliq̄ ptes terre meridionales sunt habitabiles ⁊ non solū vna quartarum ⁊c. ꝑña tenet añs ꝓbatur p auctorē in fine scōi capl̄i vbi postq̄ diuisit celum in. 5. zonas et proportionabiliter terrā in. 5. plagas illis quinq; zonis correspondentes: dicit q; de illis. 5. plagis due sunt habitabiles scz vna supposita zone celi inter tropicū estiualem et circulum arcticum/ alia est que est supposita zone celi inter tropicum hyemalem et circulum antarcticum. secundo patet idem añs per Ouidiū secūdo methamorphoseos hoc expresse ponentem ⁊ etiā illud videtur dr̄e Aristoteles primo metheororꝝ. ¶ Secundo sic principaliter qz sol ⁊ alij planete ꝑsiliter aspiciūt ptes terre meridionales ⁊ etiā septētrionales lz tpib̄ conuersis seu euersis ⁊ sicut sunt alique partes septentrionales habitabiles ita erūt alique meridionales. ꝑña tz qz pars terre reddit habitabilis vel inhabitabilis scōm q; sol ⁊ alij planete agunt p suos aspectus in illā ptem. ꝓbatur añs quia sicut se habet sol in estate ad ptes septētrionales ita se hz ad partes meridionales i hyeme et econtra ⁊ hoc loquēdo de estate ⁊ hyeme respectiue ad septētrionales. ¶ Tertio sic qz sunt alique ptes terre habitabiles quarū zenit est inter tropicum cancri ⁊ eq̄noctialem ⁊ non solum vna quartarū ⁊c. añs pz auctoritate Hali abēragelum suo libro de iudicijs octo partitū capitulo tertio vbi dicit q; due sunt ciuitates diuersarum longitudinū quarum vtriusq; zenit distat ab equinoctiali per. 23. gradus. ⁊ cum distantia tropici ab equinoctiali sit. 23. graduum et. 51. minutorū sequitur q; tales ciuitates sunt vltra tropicum. ¶ Quarto sic qz nulla quartarū terre est habitabilis ⁊ questio falsa. ꝑña ē nota. ⁊ ꝓbat añs auctoritate Albathegni in tractatu de motu syderū capitulo sexto ponētis q; solū tricesima pars terre est habitabilis. ¶ Quinto sic qz sub equinoctiali est terra habitabilis ⁊ nō solū vna ⁊c. ꝑña est nota ꝓbatur añs qz sub equinoctiali est optimū temperamentū quatuor qualitatum primarū ⁊ ibi est terra habitabilis. ꝑña est nota qz si nō hoc esset propter distēperiē añs ꝓbatur qz cōtinue ibidē est equinoctiū ⁊ videtur q; ibi sit tale tēperamentū semp quale habemus in vere ⁊ autūpno. ¶ Sexto sic qz vtraq; quartarū septētrionaliū est habitabilis ⁊ non solum vna quartarum ⁊c. ꝑña est nota añs pz qz vna quarta est habitabilis vt pz p oēs astrologos ⁊ cōsile est de alia qz sol ⁊ planete ꝑsilr̄ videnk influere in aliā ⁊ tunc videtur etiā q; alia sit habitabilis ⁊ ⁊c. ¶ In oppositū arguit p auctorem in textu vbi ponit q; de quartis septētrionaliū solū habitabilis est vna et etiā hoc pz p Ptholemeū ponētē q; de totali terra solij vna quarta est habitabilis. In questione erūt tres articuli. In primo videbitur de plaga terre supposita zone celi que est inter tropicū capricorni ⁊ circulū antarcticum scz vtrū sit habitabilis vel non. Et in scōo videbitur de plaga terre supposita zone que est inter duos tropicos. i. sub equinoctiali. Et in tertio respondebitur ad quesitū. ¶ Quātum ad primū notandum est q; celum ymaginatur diuidi in quinq; zonas vna est a polo antarctico vsq; ad circulum antarcticum. secunda est a circulo antarctico vsq; ad tropicum capricorni. tertia est inter duos tropicos quam scindit equinoctialis per medium. quarta est a tropico cancri vsq; ad circulū arcticum. quinta est a circulo arctico vsq; ad polum arcticū. Et proportionabiliter ymaginatur terra diuidi in quinq; plagas illis quinq; zonis suppositas. Et hic videndum est de plaga supposita secunde zone. Pro quo notandum est secundo q; de hoc sunt due opiniones. Prima opinio videtur esse Aristoteles/ Ouidij secundo methamorphoseos et auctoris in textu vbi pri⁹ allegabat ⁊ mouebāt ad hoc p primā ⁊ secundā ratōes āte oppositū.

Primus articul⁹

Prima opinio.

UVA. BHSC. IyR_331

Secūda opinio

Sed illa opinio videt esse cōtra Ptholemeū et astrologos qbꝫ in tali materia est credēdū q̃ tenēt oppositū scz q̃ talis plaga nō ē habitabilis.

Prima suppō.

Et ad hoc pbādū supponēda sunt aliqua. pmo supponit q̃ sol mouet in suo eccētrico scz p medietatē anni versus augē mouēdo ita q̃ in fine geminoꝝ est in auge sui eccentrici. et p aliā medietatem mouet ad oppositū augis sic q̃ in fine sagittarij est in opposito augis. ista suppō pz p demōstrationē quā ponit Ptholemeus in tertia dictōe almagesti.

Secūda suppō.

Scōo suppomit q̃ cētrū eccētrici solis distat a cētro mūdi p duas partes cū dimidia illarū partiū quarū semidiameter eccētrici hz sexaginta. suppō pz p Ptholemeū in almagesti dictōe tertia vbi prius.

Tertia suppō.

Ex qua suppōe sequit tertia scz qñ sol est in opposito augis sui eccētrici pinqor est cētro terre q̃ tū est in auge p quinq̃ partiū pdictarū scz quarū semidyameter eccētrici hz sexaginta. pz suppō qz sol in opposito augis est pinqor centro mūdi et sic pz q̃ sol pinqor est multo terre in hyeme q̃ in estate z in auge.

Quarta suppō.

Quarto supponit q̃ quāto aliqd luminosum pinqus est alicui obiecto tāto ipm fortius illuminat z calefacit. pz suppō p perspectiuos.

Quinta suppō

Ultimo supponit q̃ si sint aliq habitātes in illa plaga terre de qua videdū est hic tūc dū illis est estas nobis est hyems z ecōtra. suppō est nota.

Cōclusio rñsalis.

Tūc istis suppositis pbat q̃ talis plaga nō sit habitabilis: qz in ista plaga nō est tēperamentū cōueniēs p habitatione humana ergo cōclusio vera. pña est nota añs pbat quia in estate illi plage viget nimis excessiua caliditas et ibidē in hyeme viget nimis excessiua frigiditas. g pña est nota añs pbat p pma parte qz in estate illi plage sol est in opposito augis sui eccētrici per primā suppōem g p scdam et tertiā sol est in illo tūc valde pinqor terre. mō dū habemus estatē cū difficultate possumus durare pter calorem excessiuū g a fortiori tales nō pñt durare qz habēt solē pinquiorē in estate. Similiter pbatur scda ps añtis qz i hyeme sua solē in eccētrici sui auge ergo multū distat a terra mō dū habemus hyemē cū difficultate duramus pter nimis excessiuū frigus ergo a fortiori neq̃ illi poterunt durare. pña tenet quia tales habēt frigus pinquius et solē remotiorē quā nos habemus z sic coior opinio est q̃ illa plaga est inhabitabilis.

Secundꝰ articulus

¶ Quantū ad scōm notādū est q̃ de habitatiōe terre supposita eqnoctiali sunt due opiniones.

Prima opinio

Prima fuit q̃ talis plaga nō est habitabilis p ter distemperiē aeris in illa plaga quia ibi viget calor nimis excessiuus. Et istā opinionē ponit Ouidius scōo methamorphoseos: et etiā Aristoteles in scōo metheorꝝ: vñ dicūt partē terre equinoctiali suppositā esse torridā z adustam pter perpēdicularitatē radiorꝝ solis ibi incidētiū. Et ad hoc arguūt sic rōne quia quāto plus fit appropinquatio a medio quarti climatis eūdo versus equinoctialē tāto reperit terra minꝰ cōueniēs habitationi humane in tñ q̃ reperiūt ibi isti ethiopes tandē q̃ nō pñt diu in bona dispositione viuere ergo pcedēdo vltra vsq̃ ad eqnoctialē reperiret terra inhabitabilis qz sol ibi dē transit bis in anno per zenit capitis eorum.

Secūda opinio.

Sed est alia opinio tenēs oppositū pdicte scz q̃ sub equinoctiali est terra habitabilis. et ad hoc adducit aliquas auctoritates et postea ratiōes

Isidorus

Prima auctoritas est Isidorij in primo ethymologiarū ponētis q̃ in paradiso terrestri est locꝰ versus orientē situatus multū appropiquās ad globū lune sub eqnoctiali delectabilissimus tēperatissimus et amenissimus.

Scda auctoritas est illiꝰ de quo legit scz de quodā hoie in anglia qui recitat se vidisse in suo tpe de quodā incātatore qui arte magica recluserat quēdā spm malignū qui quidē spiritus vt posset euadere z exire pmittebat sibi dare in qualibet die ām fructꝰ maturos: et altero petente ab eo vbi caperet. Respōdebat q̃ in quodā loco qui ab hominibꝫ reputabatur inhabitabilis qui tamē est delectabilissimus z amenissimꝰ scz paradisus terrestris

Prima rō.

Sed postea sunt alique psuasiones quibus aliq̃ nitūtur persuadere illā plagā esse habitabilē et hoc q̃tū est ex tēperamento aeris. Prima psuasio est qz in illa plaga est ptinue equinoctiū z frigiditas noctis sufficiēter contēperat caliditatē diei et ecōtra. et ita videtur q̃ ibi frigiditas sufficienter obtēperet caliditatē quā alij ponūt nimiam: quia cōtinue dies et noctes inter se sunt equales ibidē.

Scda rō.

Secūda psuasio est ad ostēdēdū ibi nō esse calorē nimis excessiuū. nā hz sol bis in āno trāseat p zenit capitis. tñ sol trā sit in duobꝫ pñctis. s. in pncipio arietis z ī pncipio libre z in oibꝫ alijs tpibꝫ declinat ad aliquā partē z nō trā situs solis p zenit nō arguit in hitationē plage.

Tertia ratio.

Tertia psuasio est qz planete frige factiui z humefactiui. s. saturnꝰ mercuriꝰ z luna marie vigēt in illa plaga ita q̃ semp de directo aspicūt illam plagā ergo sufficiēter obtēperāt calorem solis

Quarta ratio.

Quarta psuasio qz inter equinoctialē et tropicum est terra habitabilis g a fortiori sub eqnoctiali pña tz. qz inter equinoctialē z tropicum sol transit per zenit capitis z diu moratur super horizontem g a fortiori ibidē debet esse terra inhabitabilis q̃ sub equinoctiali cum sub equinoctiali non diu maneat sol. añs pz per Alphraganum ponētem primū clima z medietatē secundi esse vltra tropicum scz inter tropicum z equinoctialem.

¶ Sed tūc ad rationē alterius opinionis respondetur dicendo q̃ bene stat q̃ alicubi inter nos z equinoctialem sit terra inhabitabilis per nimiū calorem z tñ sub equinoctiali esse habitabilem z temperatā regionem. ratio est qz iuxta tropicum sol qñq̃ peruenit ad zenit capitis z illo tunc est ibidem dies lōgissima z sic sol valde diu moratur super horizontē z perpendiculariter radiat quare tñ calefacit q̃ frigiditas nichil potest eo q̃ talis nox est breuis. sed sub equinoctiali non tñ diu sol moratur super horizōtem sed precise per. 12. horas.

¶ Tamen illarū opinionum nulla est demonstrabilis sed q̃tū est ex hijs q̃ pñt concludi ex dictis antiquorꝝ astrologorꝝ hz ibi sit regio tēperata tñ ibi nō habitant aliqui homines. et hoc ponit expresse Albatheni in suo tractatu de motu syderum.

Tertiꝰ articulus.

¶ Quantū ad tertium notandum est q̃ hz multis modis terra possit fieri inhabitabilis. s. vel pter aquas / vel pter montes / tamen hic intelligitur de habitatione terre ratione temperamenti in qualitatibus primis conuenientibꝫ complexioni humane. et dē temperamentū regionis alicuius cōueniens ꝓplexioni humane qñ in illa regiōe homo

UVA. BHSC. IyR_331

Prima ꝛclusio.

pōt viuere in bona dispositiōe ꝓpter tp̄s debitū cōplexioni humane vel satis ꝓpe. ¶ Tūc sit hec prima ꝛclusio q̄ solū vna quartarū septentrionaliū ē habitabilis itelligēdo de habitatōe terre que pōt reperiri ab astrologis. ꝓbat ꝛclo primo auctoritate Ptholemei prima dictione almagesti capitulo primo. Scdo sic rōe qz si aliqua eēt habitabilis vel esset illa que est sub eq̄noctiali z hoc nō qz ibi nulli hoies habitant vt dicunt astrologi. vel illa que est supposita zone celi inter tropicū capricorni z circulū antarcticū z hoc nō vt ꝓbatū est in primo articulo. nec quarte suppositē zonis q̄ sunt inter polos et circulos polares pz qz in illis viget nimia frigiditas ꝓpter nimiā distantiā a sole z sic relinquit q̄ solum illa quarta que est supposita zone celi inter tropicum cancri et circulū arcticū est habitabilis. ¶ Scda ꝛclusio nō totalis illa quarta est habitabilis. ꝛclo pz p Albatheni in tractatu de motu syderū vbi ponit q̄ solū duodecima pars terre est habitabilis mō illa quarta est plus q̄ duodecia ps illius. ¶ Ad pmā rōez negat hoc ad ꝓbationē per Ouidiū z alios dicūt quidā q̄ magis est credendū astrologis q̄ circa hoc magis laborauerūt q̄ Aristoteles z Ouidius. Ad secundā negat hoc imo dictū ē in p̄mo articulo q̄ sol in hyeme illius regionis nimis distat a terra qz est in auge sui eccētrici: et in estate est nimis ꝓpinq̄ qz est in opposito augis Ad tertiā sūt alique partes ꝛc. hoc potest negari. et cum probat p hali abēragel ꝛc. dr̄ q̄ ipe nō ponebat assertiue sed solū loquebat ad ymaginationē ac si aliqui tales essent. Ad quartā dr̄ q̄ bene ꝓbat q̄ nulla quarta totaliter est habitabilis et hoc est p scda ꝛclusione. Ad quintā negat hoc: ad ꝓbationē qz sicut dū habem̄ equinoctium ꝛc. dicit q̄ nō est simile qz dū habem̄ eq̄noctiū sol nō trāsit ad zenit capitis nostri sed ibidē transit vsq̄ ad zenit capitis eorū. Ad vltimā negat ais ad probationē dicitur q̄ non est simile quia sol nimis distat a quarta que est inter polum et circulum arcticum. Et hec de questione.

Secūda ꝛclusio

Ad rōes q̄stionis.

¶ Capitulum quartum de circulis eccentricis et epiciclis planetarum. de proprijs motibus tam eorum: q̄ octaue sphere: ac etiam none. et de causis eclipsium luminarium et aliorum planetarum. habet tres partes. prima est de circulis eccentricis et epiciclis planetarum.

Otu primi mobilis diffusius pertractato de proprijs motib̄ inferiorum spherarum iam speculandum est. in quo a circulis planetarū exorduri oportet Sphera igitur solis in tres orbes sibi contiguos tota diuisa est. quorum duo extremi (qui deferentes augem eccentrici dicuntur) orbes diffomes sunt: secundū quid tamen mundo concentrici. verum semper subtilior pars superioris est supra crassiorem inferiorus et econtra. Tertius autem orbis in horum medio locatus orbis vniformis est: mundo tamē simpliciter eccentricus. huic autem corp̄ solare infixum est z deferens solem vel eccentric̄ solis appellatur. Similiter et triū superiorum planetarum atq̄ veneris sphere singule ex tribus orbibus sicut sphera solis integrantur. In orbe tamen medio (qui eccentricus simpliciter est) quilibet eorum spherulam (que dicitur epiciclus) immersam habet. in cuius epicicli vna extremitate corpus illius planete fixū est. Sed sphera lune quatuor orbes habet. tres quidem cum epiciclo sicut alij planete. sup hos autem orbem alium mundo simpliciter cōcentricum (qui deferens caput drachonis nuncupatur) et tres predictos ambientem gerit. In mercurio autem quinq̄ orbes cū epiciclo assignātur. duo quidem extremi similes duobus extremis sphere solis. et hij deferentes augem equantis dicuntur intra quos etiam sunt alij duo similiter diffomis crassitudinis: et corpulentie: et eodem modo adinuicem se habentes qui deferentes augem eccentrici nominantur. horum autem medius ponitur eccentricus orbis cum suo epiciclo.

Orbes sphere solis.

Orbes triū superiorū planetarū et veneris.

Orbes sphere lune.

Orbes sphere mercurij.



UVA. BHSC. IyR_331

¶ Istud est capitulū quartum et vltimū in quo principaliter agitur de motibus inferiorū sphe-rarū et de causis eclipsiū habet tres partes. pri ma est de orbibus eccentricis et epiciclis septē planetarum. Secūda que incipit ibi. mouentur autē. est de priis motibus septē planetarum et octaue sphere ac etiā none. Tertia q incipit ibi. ex hijs igitur est de causis eclipsiū Prima pars habet quattuor particulas. prima est de orbib sphere solis. Secūda ibi. similiter. est de orbib aliarū quattuor spherarū scz triū superiorū pla-netarū et veneris. Tertia ibi. sed sphera. est de orbibus sphere lune. Quarta ibi. in mercurio. est de orbibus sphere mercurij. ¶ Sphera igit solis scōm astrologos sic dicit esse facta: qr tota eius corpulētia aut crassitudo ex tribus orbib sibi inuicē sup positis et cōtiguis integratur. si cut si corpus aliquod rotūdū et cōcauū ex trib pellibus aut tunicis esset cōfectū velut est cepe si concauū esset. Est tū dīa in figura istor trium orbiū sphere solis: qr duo extremi scz suprēmus et infim? sunt orbes difformes ⁊ inequalis cras situdinis in oibus partibus. nā quilibet ipsor in parte est spissior in parte vero subtilior vt pz ex diffinitiōe orbis difformis supra capitulo pri mo posita. Habent se tamē hij duo orbes extre mi taliter adinuicē q semp latior pars vnius est in directo subtilioris partis alterius et ecōtra. hij aūt duo orbes scōm quid id ē ēstū ad aliquā supficiē mūdo cōcentrici sunt id est centrū eorū est centrū totius mūdi scz quantū ad superficiē cōuexā suprēmi et cōcauā infimi. Vnde cū tota sphera solis ad has duas supficies terminetur: scōm se totam est mūdo cōcentrica licet alique partes eius sint eccētrice. Sed quātū ad alias duas supficies scz cōcauā suprēmi orbis et cō-uexā infimi hij duo orbes sunt eccentrici mūdo id est habētes aliud centrū extra centrū mūdi: ⁊ ideo sunt eccentrici scōm quid. Vocātur aūt p̄-dicti duo orbes ab astrologis deferētes augem id est eleuationē eccētrici id est orbis medij. qui pter difformē crassitudinē duor extremor non potest esse mūdo cōcentricus sed eleuatur et fit eccētricus. ideo primi duo orbes qr causant ec centricitatē alterius dicūtur deferentes augem eccentrici. Sed orbis medius qui simpliciter id est quātū ad vtrāq suā supficiē est mūdo eccen tricus orbis vniformis est et equalis crassitudi nis in oibus suis partibus. licz eīs due eius supficies scz cōcaua ⁊ cōuexa sint mūdo eccētrice: sibijpsis tamē cōcentrice sunt ⁊ sic orbē vniforme cōtinēt. In hoc aūt orbe medio corpus sola re qō sphericū est imersum et infixū manet: tali ter q corpus solis adequat corpulētiā et crassi-tudinē eius ex neutra videlz superficie huius or bis excedens et versus nullā partē orbis supe-minens. habet eīs se sol in hoc orbe sicut nodus in aliquo ligno quia sicut phūs dicit in p̄mo me theoror: stella est pars densior sui orbis. Et or bis iste medius eccētricus solis vel deferēs so-lē appellat: qr ad motū eius sol sibi infixus mo uetur et defertur. ¶ Ter. Similiter. Secunda particula de orbibus aliarū quattuor spherarū scz triū superiorum planetarū: saturni/iouis/et martis: et etiā veneris qui est vnus de inferio-ribus planetis. et dispositio cuiuslz sphere hor planetarū hec est. hz eīs tres orbes eodē modo ordinatos/ figuratos/ et noiatos: sicut sphera solis: sed tū vltra hoc in orbe medio qui eccen-tricus vel deferēs planete dr ālz harū spherarū habet epiciclū q est vna parua sphera orbi eccē trico imersa sicut de corpore solis dictum est. in hoc aūt epiciclo corpus planete firū est nō q̄dē in centro epicicli sed versus supficiē eius taliter q nō exit superficiē. epiciclus autē in sua cōca-uitate priū motū hz ⁊ planetā secū defert. sol tū in sua concauitate non mouetur. ¶ Ter. Sed sphera lune. Tertia particula de orbibus sphe-re lune. et hec sphera pter orbes in predictis spheris assignatos quos eodem modo disposi-tos/figuratos ⁊ noiatos hz sicut alie sphere: or bē aliū mūdo simpliciter. i. scōm vtrāq supficiē concentricū hz qui oēs alios tres ambit. et hic orbis vniformis est. et vocatur deferens caput drachonis qr ad motū huius variatur caput et cauda drachonis vt postea videbitur. ¶ Ter. In mercurio. Quarta pticula de orbibus sphe re mercurij: qr scōz astrologos sphera mercurij dr habere q̄nq orbes cū epiciclo. duo quidem extremi scz suprēmus et infimus scōm quid mū-do cōcentrici sunt scz quo ad supficiē cōuexam superioris ⁊ cōcauā inferioris quo ad alias aūt duas supficies sunt mūdo eccentrici semp tū ad inuicē taliter se habēt q spissior pars vnius est in directo subtilioris partis alterius et ecōtra: et vocātur orbes deferentes augem id est eleua tionē equantis. quid aūt sit equans paulo post apparebit. Intra hos aūt sunt alij duo orbes si militer difformes tū simpliciter eccentrici id est ēstū ad oēs suas supficies: et latior pars vnius semp est cū subtiliore alterius et ecōtra. hij aūt duo orbes deferentes augē id est eleuationem eccētrici vocātur qr orbis eccētricus mercurij intra hos duos locatus pter diuersam hor di spositionē eleuatur ⁊ centrū eius a cētro mundi distat. in hoc aūt orbe eccentrico est epiciclus: et in hoc epiciclo corpus mercurij vt in superio ribus dictū est. ¶ Circa istā primā partē dubi-tatur quō cognite sunt hor orbiū planetarū di uersitates. et vtrū luīe naturali seclusa omni re uelatione hoc potuerit sciri. Dicendū q ad salu andū diuersitates q̄ in motibus planetarū ap-parēt: rō naturalis coegit orbes eccentricos et epiciclos ponere. Vbi notādū est q quedā sunt diuersitates q̄ coiter apparēt in oibus planetis sicut motus ab occidēte in orientem. et q quilz planeta citius vnū signū zodiaci ēz aliud ptran sit cū tū oia signa sint equalia et motus planeta rū sint regulares. in hoc eīs dīnt motus grauiū et leuiū a motibus celor vt Aristoteles dicit in duodecimo methaphisice: et in scōo celi: qr illi q̄nq velociores q̄nq tardiores sunt hij vero sp vniformes. Alie aūt diuersitates apparent spe-cialiter in quibusdā planetis et nō in alijs sicut deuiationes ab ecliptica linea apparēt i ser pla netis nō autē in sole. Item directiones et retro-gradationes nō apparēt in sole et luna: sed solū in alijs quinq. Et intersectiones eccētricor cū ecliptica in oibus planetis pterquā in sole ap-parēt. sed in quinq planetis ille intersectiones fire vidētur in luna autē sensibiliter apparent vt ex eclipsibus ē manifestū. Item auges eccētri-

Optima questio.

Solutio.

Quot diuersitates apparent in motib planetar

UVA. BHSC. IyR_331

corum planetarũ in omnibꝫ semp eodemmodo distant a centro terre ꝑterq̃ in mercurio cuiꝰ eccentricus q̃ñq̃ magis q̃ñq̃ minus eleuatur supra centrum terre. ¶ Ad saluandũ igitur primã diuersitatem omnes phi ꝓcordãt q̃ oportet ponere alios polos ꝑter polos motus primi mobilis et aliũ circulum ꝑter equinoctialem p quem fiat motus sphararũ inferiorum ab occidẽte in orientem. nam sup eosdẽ polos ⁊ p eundẽ circulum incõpossibiles fuissent eidẽ corpori motus ab oriente ⁊ motus ad orientẽ. posita aũt diuersitate poloꝝ ⁊ circuloꝝ illi motus sunt sibi ꝓpossibiles. ⁊ hoc in sphera materiali quã iohannes de monte regio docet conficere clare videri potest. q̃ñ in eodem instrumento ponit octaua vel nona sphera intra primũ mobile. sed axis equinoctialis non ponitur in illa sphera sicut coiter solet fieri in alijs sed ponitur axis zodiaci et in eo figitur sphęrula terre cuius axis zodiaci due extremitates adherent polꝰ zodiaci primi mobilis. et circa illos polos et axem reuoluit sphera interior. De axe autem equinoctialis solũ ponũtur due extremitates que sunt duo circuli parui in polis equinoctialis primi mobilis sup quos primũ mobile reuoluitur. in clauiculo aũt australi ponitur manubrium ligneũ instrumẽti. In tali igitur sphera materiali apparet q̃ sphera interior sil' ab oriente in occidentẽ ⁊ ab occidente in oriẽtem mouetur scz sup diuersos polos ⁊ axes et per diuersos circulos. ⁊ sicut intelligimus de octaua vel nona sphera in illo instrumento posita intra primũ mobile ⁊ sic intelligere poterimꝰ de omnibus spheris planetarũ: in qualz eñ earum ponimus polos equinoctialis ⁊ polos zodiaci et omnes circulos sphere materialis vt supra diximus in capitulo secundo. ¶ Ad saluandum autem secundã diuersitatẽ cur scz idẽ planeta citius vnũ signum q̃ aliud ꝑtranseat: fuerunt multe opiniones hoim. pictagoras eñ et multi antiquoꝝ eccentricos orbes et epiciclos licet forte nõ tales quales diximus ponebãt in spheris planetarũ. Astrologi vero q̃ fuerunt tẽpore aristotelis scz calipus et odosius et multi alij post ipos putantes positionẽ eccentricorũ ⁊ epiciclorum esse impossibilẽ scõm naturã (qz scz vel oporteret dari rarũ. et densum/aut rupturã/ aut penetrationẽ dimensionũ in celestibus: que omnia scõm phiam sunt impossibilia. astrologia autem cũ phice sub alternetur si vera est nichil repugnans principijs naturalibus debet assere re) ideo aliter senserunt circa hoc dicẽtes scz q̃ eadem sphera alicuius planete ex pluribus orbibus componitur omnes tñ illi sunt vniformis spissitudinis secundũ omnes suas partes ⁊ concentrici mundo. vnde aristoteles refert q̃ calippus in septẽ spheris planetarũ. 55. orbes posuit odosius vero. 49. Post hos autẽ omnes supuenit Ptholemeus egiptius qui videns hoꝝ positionem nõ plene saluare apparentias in motibus planetarũ per orbes illos concẽtricos. videns etiam q̃ positio pictagore si recte inspiciatur nullum p̃dictoꝝ impossibiliũ implicat/ et cũ pauciorbus orbibus omnia saluat/et diuersitates motuum planetarũ melius ⁊ ꝓbabilius per eccentricos orbes ⁊ epiciclos q̃ p orbes omno concentricos saluanꝭ: ideo predictã pictagore positionẽ iterum approbauit declarauit et confirmauit. per hoc eñ q̃ ille orbis medius in quo planeta deferꝭ est eccentricus in parte ꝓinquior in parte vero a terra remotior: sequitur q̃ stante equalitate signoꝝ ⁊ regularitate motuũ planetarũ idem planeta citius vnum signum zodiaci q̃ aliud debet pertrãsire. ꝑtractis eñ quotidie lineis rectis a centro mũdi vsq̃ ad centrũ solis licet sol in sua sphera in tẽporibus equalibus equalia spacia pertranseat: tñ ꝑter inequalem eius a centro mũdi distantiã inequales fiunt anguli dictarũ linearũ sup centro mũdi cadẽ eñ vel equalis basis vt geometre ⁊ perspectiui dicunt maiorẽ angulũ de ꝓpe q̃ de longe facit. vnde ⁊ ꝓinquiora maiora videtur qz scz maior est angulꝰ piramidis radiose in oculo a breuiori spacio q̃ a longiori. si igitur dicte linee inequales angulos sup centro mũdi facientes vsq̃ ad zodiacum circulũ (qui mũdo cõcentricus ẽ) extendãtur: inequales eius arcus intercipient eodem etiã modo in alijs planetis itelligere oz si predicte linee a centro mũdi vsq̃ ad centrum epicicli ꝑtrahantur. Sic igitur patz q̃ admissa predictorum orbium eccentricorũ positione in planetis necessario cõcluditur illa diuersitas secunda que apparet in motibus illorum sed hos orbes negantibꝫ difficile est predictã diuersitatẽ saluare stantibus suppositionibꝫ predictis. Ad hoc autem vt in sphera cuiuslz planete aliquis orbis sit eccentricus simpliciter ⁊ q̃ nullũ p̃dictorum impossibiliũ naturaliter sequatur: necesse est q̃ in predicta sphera sint alij duo orbes ipsum ambientes diffoꝛmis crassitudinis ⁊ eccentrici secundũ quid orbis vero medius sit vniformis et eccẽtricus simpliciter. vnde patet q̃ Auerois cõmentator voluit in vehere i Ptholemeũ magis q̃ veritatẽ dicere cũ ipse negauerit hos circulos ⁊ tñ nullũ modum saluãdi apparentia potuit inuenire. ¶ Ad saluandũ autẽ deuiationem sexplanetarũ a linea ecliptica oportet ponere polos suoꝝ eccentricoꝝ orbiũ aliquantulum distantes in vtrãq̃ partem a polis zodiaci ⁊ axes eorum axem zodiaci secantes in sole autem quia nõ deuiat ab ecliptica hoc nõ oportuit ponere. ¶ Ad saluandũ autẽ directiones ⁊ retrogradationes quinq̃ planetarũ ⁊ velocitatem et tarditatem lune (que sub eodem signo qualibet vice nõ equaliter durat sed citius vna vice ipm q̃ alia pertransit) oportuit ponere aliquod corpus paruum rotundũ in eccentrico orbe quod dicitur epiciclus in quo planeta sub vno signo integram reuolutionẽ posset facere et modo cõtra orientem modo contra occidentem mouerek et aliquando in maiori tempore aliquãdo in minori idem planeta idem signum pertransiret. sed epiciclis negatis difficile est predictas varietates saluare. Epicicli etiã eo modo quo ponuntur orbibus eccentricis immersi nullũ impossibile naturaliter implicant. ¶ Ad saluandũ autem illam notabilem motionẽ intersectionũ vie lune cum ecliptica linea que in alijs planetis fixe videntur manere: oportuit in sphera lune aliquem



Quõ saluãt astrologi dictas diuersitates.

De pria.

Instrumẽtũ bonum ad hoc.

De scda.

Pictagoras.

Calipus.

Odosius

De tertia

De quarta

Ptholemeus.

De quita

UVA. BHSC. IyR_331

De sexta.

aliū orbē a ꝑdictis tribus ponere ad cuius motū predicta variatio ꝓtingat q̃ in alijs planetis nō oportet. ¶ Sed quia aux eccētrici mercurij non semper equaliter distat a cētro mūdi sed aliqū ꝓpinquior: aliqū remotior ab eo inuenta est: ideo ad hoc saluandū preter duos extremos orbes sphere mercurij oportuit alios duos similiter difformes et orbē eccētricū ambientes intra duos primos collocare. propter quorum motū centrū eccētrici orbis nūc magis nūc minus distet a centro mūdi: et orbis ipse eccētricus magis et minus eleuetur in sua sphera prout nunc partes latiores duoꝝ orbium secūdoꝝ iūgūtur partibus latioribus duoꝝ primoꝝ nūc vero subtilioribus vt satis plane demōstrat Purbachij in suis theoricis. Multe alie diuersitates preter has ī planetis apparēt ad quas saluādas astrologi q̃dā alia ymaginātur que nūc causa breuitatis ōmittimꝰ et ad theoricas purbachij quas in additionibus huius quarti capl'i insequimur nos remittimus. Sic igit̃ pz ex predictis q̃ viri perspicaces ingenio quales fuerūt Ptholemeꝰ Thebit Alphraganus Alphōsus Purbachij Johannes de monte regio: et plerique alij nulla facta reuelatione sed solo lumine naturali predicta omnia cognouerunt.

¶ Reuerendissimi domini Petri de Aliaco Cardinalis et episcopi Cameracensis Doctorisq̃ celebratissimi Questio prima.

Queritur primo circa quartū capitulū vtrū ad saluandū apparentias in motibus planetarū oporteat ponere eccētricos circulos et epicyclos. Et arguit̃ primo q̃ nō qꝛ si sic seq̃rek̃ q̃ celi et mūdi essent diuersa centra ꝓña tenet qꝛ tales eccētrici haberēt alia centra a cētro mūdi sed ꝓñs est falsum: ⁊ ꝓbat falsitas quia si celi et mūdi essent plura centra seq̃rek̃ q̃ grauia naturalia nō possent naturaliter moueri ꝓñs est falsum et pz ꝓña: qꝛ ens naturale non dicit̃ moueri naturaliter nisi moueatur ad suū locū naturalē tāq̃ ad terminū ad quē mō naturalia grauia haberēt duo loca naturalia eo q̃ quodlibet centrū esset locus naturalis grauiū & mouerentur ad duo loca qꝰ est impossibile vel ad neutrum ⁊ sic haberetur intētū. Secūdo sic qꝛ si essent ponēdi eccentrici sequeretur q̃ non esset terra in medio mūdi. ꝓñs est cōtra auctorē ꝓbatur ꝓña quia terra non esset in medio sphere celi igitur. Tertio sic si essent ponēdi eccētrici sequeretur q̃ vel in celo fieret rarefactio vel cōdensatio aut vacuū aut penetratio dimensionū ꝓñs est falsum. primo q̃tū est de rarefactione et condensatione per Aristotelem secūdo celi et de alijs per eūdē quarto phisicoꝝ. sed patet ꝓña supponendo q̃ eccētricoꝝ alique partes sunt spissiores alique strictiores. vltra supponitur q̃ tales eccentrici diuersis motibus mouentur. Tūc arguitur sic: qꝛ signata parte spissa ali cuius eccentrici tunc talis pars aliquando peruenit ad locum vbi est pars stricta et econtra. et tunc queritur quid replebit locū vbi prius erat illa pars spissa vel ergo remanebit vacuū ⁊ habetur vnū de illatis. et etiam queritur vbi recipietur illa pars spissa nō in illo loco in quo erat pars stricta quia tūc ibidem esset penetratio dimensionū vel condensatio ⁊ habetur totū ꝓsequēs illatum. Quarto sic quia si sic sequeretur q̃ planete aliquādo ascenderent et postea descēderēt ꝓñs est falsum quia tunc eidē deberētur plures motus simplices secundū naturā eius propriā. sed probatur consequētia quia dū planeta mouetur in eccētrico ab auge ad oppositū augis tunc descēderet qꝛ appropinquaret ad centrū mūdi. et dum econtra ascenderet quia tūc elongaretur a cētro mundi. Quinto sic et specialiter de epicyclis quia luna nō habet epicyclū ergo non est necesse et cetera. antecedēs probatur quia si sic seq̃retur q̃ ymago que apparet in luna aliquādo deberet apparere euersa. cōsequēs est falsum et contra experiētiā sed probatur cōsequētia et ponatur q̃ illa ymago habeat modo pedes in opposito augis epicycli scz versus terrā tunc per motū illius epicycli talis pars veniet aliquādo ad augem epicycli et sic essent euersi quod est propositū. Sexto sic quia omnia possunt saluari sine positione huiusmodi eccentricoꝝ et epicyclorum ergo frustra ponerentur ꝓsequentia est nota. antecedēs patet per Eudoxium et Calipū qui fuerunt contemporanei Aristotelis quos allegat cōmentator duodecimo methaphisice pro sua opinione. Et confirmatur auctoritate cōmētatoris in secūdo celi vbi ponit in pluribus cōmentis q̃ opinio mathematicorum de eccentricis ⁊ epicyclis est impossibilis. ¶ In oppositum arguitur per auctorē in principio capituli quarti et p Ptholemeum in almagesti et per omnes astrologos. In questione erunt duo articuli in primo declarabūtur termini. in secūdo narrabūtur quedam opiniones ⁊ soluetur questio secundū cōmunes astrologos. ¶ Quātum ad primū notandū est q̃ astrologi aliquos orbes posuerūt eccētricos et alios concentricos. vnde orbis cōcentricus dicitur orbis sub vtraq̃ eius superficie cōtinēs centrū mūdi et habens eius centrū cum centro mundi. isto modo primū mobile est orbis concentricus et generaliter quilibet orbis totalis est concentricus. et ibi capitur orbis totalis p aggregato ex omnibus orbibus requisitis ad saluandū motū totalem vnius planete: eodem modo scz quo ponūtur nouem sphere. Sed orbis eccētricus dicitur orbis sub vtraq̃ eius superficie continens centrū mūdi habens tamen centrū suō extra centrū mūdi. Et duplex est talis eccentricus: nā quidā est eccentricus simpliciter: alter vero secundū quid. vnde orbis eccētricus simpliciter dicitur ille orbis cuius cētrū quo ad vtrāq̃ superficiem tam concauā q̃ cōuexam est extra centrū mundi. Sed eccentricus secundū quid dicitur ille orbis qui quantum ad vnā superficiē habet suū centrū cū centro mūdi et quantū ad aliā superficiē extra centrū mūdi. Et talis est duplex: quia quidam est concentricus quātum ad superficiem concauam et eccentricus quantum ad conuexam alius ecōuerso. ¶ Secūdo notandū est q̃ eccentrici secundum quid scz solū quantū ad vnā superficiē sunt spissiores in vna parte et strictiores in alia. et eccentricus simpliciter scz quo ad vtrāq̃ superficiem vz qui inter illos mediat: ⁊ regularis spissitudinis et dū isti orbes mouentur semper pars stricta vnius est cū parte spissa alterius ⁊ econtra. Et p hoc soluit̃ rō ꝓmētatoris scz de vacuo ⁊c.

Primus articulus Orbis cōcētricus.

Orbis eccentricus

UVA. BHSC. IyR_331

¶ Tertio notandū est q̃ ad cuiuslz planete motum saluandū ymaginātur astrologi in totali orbe illius planete tres orbes eccētricos. quorum duo sunt eccētrici secundū quid scz quo ad vnā superficiē solū scz vnus superior ⁊ alter inferior superior est eccētricus quantū ad vnā supficiē solū scz concauā/inferior est eccentricus quantum ad conuexā solum: et inter illos duos mediat eccētricus simpliciter qui apud astrologos vocatur orbis deferens eo q̃ defert corpꝰ planete. ¶ Quarto notandū est q̃ in isto deferente astrologi ymaginantur quatuor puncta quorū vnū vocatur aux et est punctum in illo deferente quod magis distat a centro mundi scz quod est iuxta partem strictiorem superioris eccentrici. Et aliud punctum vocatur oppositum augis et est illud punctum quod ꝓpinquius est cētro mūdi scz iuxta partem spissiorem eccentrici superioris. Sed sunt alia duo puncta equaliter distantia ab illis duobus signatis scilicet ab auge et opposito augis et vocantur longitudines medie. Ex isto potest inferri q̃ sol aliquando est ꝓpinquior terre et aliquando remotior/ scilicet ꝓpinquior dum est in opposito augis et remotior dum est in auge. ¶ Quinto notandum est q̃ epiciclus apud astrologos vocatur quidam parvus circulus in superficie orbis deferentis existens non continens infra se centrum mundi et corpus planete ymaginatur esse in eo. Et iste epiciclus ponitur esse contiguus eccentrico deferenti et non continuus quia mouetur alio motu q̃ ad motū eccentrici deferentis. ¶ Sexto notandum est q̃ in isto epiciclo ymaginantur quatuor puncta sicut in eccentrico vnū vocatur aux epicicli. et est punctum in epiciclo magis remotum seu distans a centro mundi aliud vocatur oppositum augis epicicli scilicet illud punctum in epiciclo quod minus distat a centro mundi ⁊ sunt alia duo puncta equaliter distantia ab illis et vocantur stationes. ¶ Pro quo notandum est vlterius q̃ in planetis seu in motibus eorum reperitur retrogradatio statio ⁊ directio scilicet q̃ planeta aliquādo est retrogradarius aliquādo directus et aliquādo stationarius. vnde planeta dum est in auge sui epicicli dicitur directus et causa est quia illo tunc velocius mouetur sub orbe signorum scilicet sub zodiaco propter hoc q̃ mouetur ad motum epicicli et eccentrici deferentis simul. Sed dum planeta est in opposito augis sui epicicli est retrogradus ex eo q̃ tunc tardius mouetur sub orbe signorum propter ea q̃ mouetur ad motum epicicli contra motum deferentis. Dum autem planeta est in aliqua stationum dicitur stationarius eo q̃ tūc medio modo mouetur sub orbe signorum propter hoc q̃ illo tunc ad motum epicicli non mouetur contra motum deferentis nec cum eo ita q̃ non retardatur nec velocitatur ille motus. Et hec de primo articulo. Hec omnia possunt in superius posita figura euidenter et sufficienter videri siue percipi ab omnibus eam intuentibus.

De epiciclo.

¶ Quantum ad secundum aduertendum est q̃ illud dicitur esse ponendū ad saluandū apparentias in motibus planetarum per quod sine impossibili ⁊ absq̃ hoc q̃ sit cōtra phiam naturalē et communes astrologos possunt saluari omēs apparentie in motibus planetarū. hoc pz ꝓ Ptholemeū in tertia dictione almagesti. Et ibidem ponit tres modos q̃bꝫ ymaginabile ē tales apparētias posse saluari. Primꝰ ē ponēdo planetā habere eccētricū sine epiciclo. Scōs est ponēdo planetā habere epiciclū sine eccētrico. Tertiꝰ modꝰ est ponēdo habere vtrūq̃.

Scōs articulus.





¶ Scōo notādū est q̃ fuerunt aliq̃ q̃ hmōi apparentias voluerunt saluare sine eccentricis ⁊ sine epiciclis scz ꝓ icurtationē orbiū planetarū istomō q̃ ponebant orbes planetarū nō moueri ab occidēte in orientē sz solū ab oriēte i occidentē motu diurno incurtando tñ sic q̃ i die naturali nō ꝓplerēt vnā diurnā reuolutionē cōpletā sz modicū retardātur et ꝓ hoc saluāt quōd planete sunt ꝓtinue sub alia ⁊ alia ꝓte zodiaci. Sz breuit lz isti possent saluare aliquas apparētias nō tñ possent saluare ꝓcipales ⁊ difficiles ad saluandū sicut sunt maior appropiquatio solis ad centrū mūdi in vno tpe q̃ in alio et sicut sunt eclipses. ¶ Alij aūt voluerūt oia saluare ꝓ motū terre. vñ ponebāt q̃ terra mouetur appropinquādo ad celū ex vna pte terre. Sed istud est simpliciter impossibile qz de duobꝫ planetis versus eandē ptē celi repit q̃ vnꝰ magis distat a terra q̃ ante faciebat ⁊ alter est ꝓpinqior etiā in stellis fixis reperiret talis appropinquatio ⁊ elongatio maior in vno tpe q̃ in alio qō tamē nō ponūt astrologi nec aliqui phi. ¶ Item alij sicut cōmētator negauerūt simpliciter hmōi eccētricos ⁊ epiciclos dicētes ad hoc sequi impossibile. sed de modo saluandi apparētias nullum dederunt modū. ¶ Quartus modꝰ saluandi apparentias est ꝓ eccentricos et epiciclos q̃ est magis cōis. Pro cuius declaratione supponuntur aliqua. Primo q̃ celum nō est condēpsabile nec rarefactibile pz per phm̄ secundo celi. et ex alio qz celum non est alterabile vt habetur primo celi g. antecedēs notum est in primo celi. Secūdo supponitur q̃ nō est possibilis penetratio demensionum ⁊c. nec vacuum esse pz quarto phisicorꝫ. ¶ Tertio supponitur q̃ sol non mouetur in suo orbe sic ut piscis in aqua nec aliquis alter planeta ptz per phm̄ secundo celi ⁊c. quia tunc sol diuideret celū sicut piscis diuidit aquā quod est contra phm̄ in fine primi celi. Quarto supponitur q̃ sol in vno tēpore est ꝓpinquior terre ⁊ in alio remotior. ptz quia sol remotior est a terra dum est in fine geminorum et propinquior dum est in fine sagittarij. hoc etiam patet qz stante equali serenitate aeris sol apparet maior in vno tempore q̃ in alio et cum non ita sit ꝓtaliter oportet q̃ hoc sit propter hoc quod est aliquādo propinquior terre et aliquādo remotior.

Ptholemeus.
Pria opinio.
Reprobatio.
Scōa opinio.
Reprobatio.
Tertia opinio cōmentatoris.
Quarta opinio.

UVA. BHSC. IyR_331

Prima ꝓclusio

¶ Istis notatis ponũtur cõclusiones. Prima est ꝙ ad saluandũ apparentias in motu solis nõ est necesse ponere eccentricum sine epiciclo nec est necesse ponere epiciclũ sine eccentrico. ꝓclusio ꝑ qz per vtrũq; illoꝝ possunt apparẽtie ⁊ saluari: ergo ꝓclusio vera ꝓña est nota antecedẽs ꝑ expresse per Ptholemeum in dictione tertia almagesti vbi ponit ꝙ ꝑ vtrũq; possunt saluari.

Secũda ꝓclusio

¶ Secũda ꝓclusio ad saluandũ apparẽtias in motu solis oportet ponere eccentricũ sine epiciclo: vel epiciclũ sine eccentrico. ꝑ cõclusio: qz sol ꝓpinquior est terre in vno tẽpore q̃ in alio ꝑ vnã suppositionem: et hoc nõ potest saluari nisi ponẽdo eccentricũ vel epiciclum in orbe solis ꝗ conclusio vera. maior est vera per suppositionẽ minor ꝑ qz illud nõ posset saluari ꝑ rarefactionem vel condensationẽ orbis solis per vnã suppositionẽ: nec ponẽdo totalẽ orbẽ solis appropinquare ad terrã: quia tũc fieret vacuũ et penetratio dimensionũ contra vnã suppositionẽ: nec potest saluari ponẽdo solẽ moueri in suo orbe sicut piscis in aqua ꝑ aliam suppositionẽ ergo necesse est ponere eccentricũ vel epiciclũ. secundo ꝑ ꝓclusio per inequalitatẽ motus solis sub zodiaco. vnde ibi reperitur maior inequalitas q̃ esset ex parte obliquitatis zodiaci solũ. tertio ꝑ cõclusio ex parte eclipsis qz nõ q̃ũq; est dyametralis interpositio terre inter solẽ ⁊ lunam est eclipsis lune: et hoc prouenit ex eo ꝙ dũ sol nimis distat a terra eius vmbra nõ potest puenire vsq; ad lunam. Sed dubiũ est per quid melius possunt saluari apparentie in motu solis vel per eccẽtricũ vel per epiciclũ. Ad quod respõdetur ꝙ cõuenientius est ponere solẽ habere eccentricũ sine epiciclo. cã est quia si sol haberet epiciclũ oporteret ꝙ sol q̃ũq; esset retrogradus q̃ũq; directus q̃ũq; stationarius quod nõ ponitur ab astrologis.

Tertia ꝓclusio.

¶ Tertia cõclusio est ad saluãdum apparẽtias in motu lune necesse est ponere lunã habere eccentricũ et epiciclũ. ꝑ ꝓclusio primo de epiciclo qz luna q̃ũq; est retrograda et q̃ũq; directa: quãdoq; stationaria: mõ ista nõ pñt saluari per eccentricũ qz rõne eccentrici nulla est retrogradatio. sed ꝑ de eccẽtrico quia luna q̃ q̃ũq; est ꝓpinquior terre ipsa exñte in opposito augis epicicli q̃ũq; remotior: et ideo per epiciclũ solum nõ posset saluari illa apparentia. vñ dum luna est in opposito augis epicicli et in opposito augis eccẽtrici tũc est ꝓpinqor terre q̃ possit esse et dũ est in auge epicicli et eccentrici tũc est remotior a terra q̃ possit esse. Item cõclusio ꝑ quia luna quãdoq; deuiat ab eclyptica. et hoc ẽ propter eccentricum et epiciclũ simul et sicut dictum est de luna ita dicẽdum est de alijs quinq; planetis erraticis. Et hec de articulo secundo.

Ad rões q̃stionis

¶ Ad rationes. Ad primã dicit ꝙ negatur ꝓña quia illud vocatur solũ centrũ mũdi quod est cẽtrũ totalis orbis et ad ipm habent inclinationẽ grauia naturaliter. Ad secũdã negatur ꝓña. ad probationẽ dicitur ꝙ est in medio orbis solis totalis sed bene ꝓceditur ꝙ nõ est in medio orbis deferentis nec illud requiritur. Ad tertiã negat ꝓña. vnde illa ratio supponit vnũ falsum scz ꝙ tales eccentrici non mouẽtur vniformiter sic ꝙ dũ pars spissa vnius mouetur versus vnã partẽ pars alterius eccentrici mouetur econtra. Ad quartã dr ꝙ ꝓña nõ valet quia nõ quodlz ad terrã appropinquare est descendere nisi sit in sphera generabiliũ et corruptibiliũ nec quodlz elongare sed econtra ꝛc. Ad quintã negatur antecedens. ad probationẽ dicitur ꝙ ꝓsequentia non valet vnde luna ad hoc ponitur moueri vno motu in suo epiciclo ꝑ quẽ saluatur illa difficultas. Ad sextam negatur antecedens. ad probationẽ dicitur ꝙ non sunt tenendi nec cõmentatores etiã Et hec de questione.

Not⁹ primi mobilis.

¶ Secunda pars de proprijs motibus tã planetarũ q̃ octaue sphere ac etiã none.

¶ Mouentur autẽ oẽs sphere inferiores (vt sepe dictũ est) primo quidẽ ab oriente per meridiẽ in occidentẽ super polis equinoctialis circuli a primo mobili circũducte qui motus diurnus est.

Not⁹ none sphere

Deinde vero ab occidente per meridiẽ in orientẽ super polis zodiaci: nona sphera (que secundũ mobile dicitur) secum octauã spheram et oẽs orbes deferentes auges eccentricorũ planetarũ ꝑter q̃ lune rapiens in. 49000. ãnis vna reuolutione completa mouetur. percurritq; in quibuslibet ducentis annis gradum vnũ et fere. 28. minuta zodiaci primi mobilis. et hic motus augiũ et stellarum fixarũ in tabulis nominatur.

Motus octaue

Sed octaua sphera preter hos duos motus aliũ habet sibi propriũ. et fit super principia arietis et libre zodiaci fixte sphere in quibusdã paruis circulis per motũ et reuolutionẽ capitum arietis et libre none descriptis. ita vt in quibuslibet. 7000. annis quilibet dictorũ punctorũ octaue sphere sui circuli peripheriã describat. et in quibuslibet fere. 20 annis gradũ vnũ eiusdẽ circuli ꝑtranseat. Hoc etiã motu oẽs orbes deferentes auges eccẽtricorũ planetarum ꝑter q̃ lune ꝓpiũtur. et hic motus trepidationis vel accessus et recessus octaue sphere in tabulis dr. Cũ igitur totalis motus octaue sphere triplicẽ motũ ꝑtialẽ cõplectat: ꝑtz ꝙ stelle fixe q̃ũq; directe q̃ũq; retrograde q̃ũq; stacionarie nũc q̃dẽ veloces nũc aũt tarde apparebũt sub zodiaco primi mobilis.

Primum correlarium

Atq; propter deuiationẽ capitum arietis ⁊ libre octaue sphere a principijs arietis et libre none i suis paruis circulis equinoctia similiter et solsticia variari cõtinget. ita vt nũc in principijs arietis et libre cancri et capricorni primi mobilis nunc ante nunc post sole existente accidant.

Scũs correlarium.

UVA. BHSC. IyR_331

¶ Secunda pars principalis de motibus proprijs nonem inferiorum spherarum habet quatuor particulas. prima est de motib none et octaue sphere. Secunda de motibus proprijs septem planetarū ibi. sphere vero. Tertia de ymaginatione quorundā circulorum in spheris planetarum ibi. ymaginamur tamē. Quarta est de diuersis planetarum proprietatibus et passionibus ibi. accidunt autem. Prima particula iterum diuiditur quia primo dicit de motu cōi omnibus spheris inferioribus. secū do de motu ꝓprio none sphere ibi. Deinde. tertio de motu ꝓprio octaue ibi. Sed octaua. cōis motꝰ omniū spherarum ⁊ orbium inferiorum est motus primi mobilis qui dr motus diurnus qꝛ vt supra dictum est primū mobile omnes alias spheras secum impetu suo rapit ⁊ fit motus iste super polos equinoctialis circuli ab oriente ꝑ meridiem in occidentem a quo iterum ꝑ angulū mediē noctis fit recursus in orientē et hoc in spacio diei naturalis scilꝫ in.24.horis et hoc sepius dictū est. ¶ Tex. Deinde vero. dicit de motu proprio none sphere qui fit ab occidente ꝑ meridiem in orientem a quo per angulū mediē noctis reuertitur in occidentē ⁊ fit iste motus sup polos zodiaci ꝑ lineam ecliptica regularissime ita vt in q̄ buslibet ducentis annis principiū arietis zodiaci none sphere gradū vnum ⁊.28.minuta fere de zodiaco primi mobilis pertranseat atq̄ hoc modo reuolutio integra in . 49000. annis cōpleta esset. Hoc aūt motu rapitur simul octaua sphera et orbes deferentes auges eccentricorū planetarum ꝑterq̄ orbes sphere lune ⁊ duo secūdi orbes sphere mercurij qm̄ illi vt infra apparebit alium motū habent. Iste aūt motus ꝓprius none sphere in tabulis Alphonsi motus augiū et stellarū fixarum notatur quō aūt iste motus ⁊ etiam motus ꝓprius octaue sphere cogniti sunt ab astrologis supra in capitulo p̄mo habūde dictum est. ¶ Tex. Sꝫ octaua. Dicit de ꝓprio motu octaue sphere. ⁊ primo ostēdit qualiter fiat. secundo infert q̄dam correlaria ibi. Cū igitur. motus igitur ꝓprius octaue sphere nō fit super polos zodiaci aut equinoctialis nec directe ad orientem vel ad occidentē: sed fit hoc modo qꝛ principia arietis ⁊ libre zodiaci octaue sphere circū uoluūtur circa principia arietis ⁊ libre zodiaci none duos paruos circulos describendo quorꝫ centra sunt principia arietis ⁊ libre none sphere. quilꝫ tñ dictorꝫ punctorꝫ octaue sphere circumferentiam sui pui circuli in .7000. annis regulariter pficit ⁊ in q̄buslꝫ fere.20.annis vnū gradum talis circūferentie ptransit. hoc etiam motu rapiūtur oēs orbes deferētes auges eccentricorꝫ planetarū ⁊ hic motus in tabulis Alphonsi motus accessus ⁊ recessus vel motꝰ trepidationis octaue sphere notatur. Tñ ꝑ hunc motum ꝓtingit vt ecliptica zodiaci octaue sphere non semp sit sub ecliptica zodiaci none sicut ecliptica none semp est sub ecliptica primi mobilis. qꝛ qñ capita arietis ⁊ libre mouentur in suis paruis circulis versus septentrionē vel versus austrum a capitibus arietis et libre none sphere recedētia: tunc ecliptica octaue sphere intersecabit eclipticam none sub capitibus cancri et capricorni none sphere. qñ aūt capita arietis et libre octaue sphere fuerint in contactibus paruorum circulorꝫ cū ecliptica none sphere: tunc ecliptica octaue stabit directe sub ecliptica none nusq̄ ab ea declinans. Ad hunc aūt motum plane capiendū oꝫ sphera materiale conficere qualem docuit iohānes de monte regio in qua scꝫ octaua sphera cōtineatur intra nonā taliter q̄ ei adhereat nō ꝑ aliquā axem sed in principijs arietis ⁊ libre vbi sunt duo parui circuli in quorum centris capita arietis ⁊ libre none sphere fixa sint in circūferētijs vero capita arietis et libre octaue que taliter circūuoluantur vt cū caput arietis fuerit in medietate sui pui circuli septentrionali ab ecliptica none: caput libre sit ꝓportionaliter motū in mediate sui parui circuli australi et ccōtra Poli aūt zodiaci octaue sphere mobiles relinquētur ita q̄ nō adhereant per aliquem axem polis zodiaci none. ¶ Tex. Cū igitur. Infert duo correlaria ad maiorē huius motus expressionē. primū q̄ ꝓpter dictā motuū pluralitatem in octaua sphera. sequitur q̄ motꝰ eius sub zodiaco primi mobilis nō semp ad eandē partē vniuersi appareat. sꝫ stelle fixe modo directe/modo retrograde/modo etiam stationarie videantur. nūc quidē tarde versus orientem aut occidentē/nūc aūt veloces in motu suo. Sicut em̄ in planetis totalis motus planete ex motu orbis eccentrici ⁊ ex motu epicicli collectus planetā directū/retrogradū/et stationarium/velocem/et tardū/in motu suo facit(q̄uis motꝰ eccentrici semp ad eandē ptē et eandē velocitate fiat sicr ⁊ motꝰ epicicli vt videbir) sic etiā motꝰ none sphere cū ꝓprio motu octaue stellas fixas qñq̄ ad orientē qñq̄ ad occidētē qñq̄ aūt neutro modo.i.stationarias qñq̄ veloces qñq̄ tardas in motu suo facit apparere q̄uis qlꝫ istorꝫ motuū ꝑ se sp ad eandē ptem ⁊ simili velocitate fiat. ¶ Tex. Atq̄ ꝓpter. Ponit scꝫ correlariū q̄ scꝫ ꝓpter dictas circuitiones capitum arietis et libre octaue sphere in suis paruis circulis cōtingit q̄ equinoctia et solstitia varientur. ita vt non semper cum sol fuerit in principijs arietis ⁊ libre primi mobilis sint equinoctia. nec in principijs cancri et capricorni primi mobilis sint solstitia. sed quandoq̄ ante quandoq̄ post quandoq̄ vero in eisdem. eo q̄ propter deuiationes ecliptice octaue sphere ab ecliptica none et primi mobilis: non semper tangit ecliptica octaue sphere equinoctialem primi mobilis in principijs arietis et libre primi mobilis: sed qñq̄ ante qñq̄ post. similiter ꝓpter easdem deuiatiōes nō semper pars ecliptice octaue sphere que est sub principio cancri vel capricorni primi mobilis maxime distat ab equinoctiali eiusdē primi mobilis sed qñq̄ aliqua pars precedens qñq̄ vero aliqua subsequens. vnde cū sol semp moueat sub ecliptica octaue sphere vt dictū est ⁊ adhuc magis videbitur sequitur q̄ non semper qñ sol fuerit sub p̄dictis quatuor punctis zodiaci p̄mi mobilis contingent equinoctia aut solstitia: sed qñq̄ ante qñq̄ post Ex hijs igitur duobus correlarijs apparet que fuerit causa tante diuersitatis inter astrologos circa motū octaue sphere. cum enim vt dictū est motus totalis octaue sphere in zodiaco primi mobilis sit irregularis (licꝫ vterq̄ partialiū sit regularis) pꝫ q̄ tēpore

Correlarium.

Instrumētū bonum ad hoc.

Correlarium.

UVA. BHSC. IyR_331

quorũdam astrologorũ stelle fixe erant directe ⁊ veloces cursu. et ideo tales dixerũt q̃ stelle fixe mouebantur versus orientẽ, semper in. 66. annis gradu vno. sed tempore aliorũ astrologorũ stelle fixe erant directe et tarde in motu suo ⁊ sic illi dixerũt q̃ mouebantur stelle semper versus orientem in centũ annis gradu vno. tempore autem aliorũ stelle fixe erant retrograde et illi putauerunt q̃ proprius motus stellarum fixarum esset contra occidentem. Si autẽ iste triplex motus octaue sphere negaretur difficile esset harũ diuersitatum assignare rationem. sic igitur patz cum hec omnia per naturam sint possibilia q̃ probabilius est ⁊ ad saluandum apparentia aptius ponere triplicem motũ octaue sphere et ex consequẽti decẽ spheras mobiles vt moderni subtiliter ymaginati sunt q̃ ponere solas nouẽ spheras mobiles ⁊ duplicem tantum motum octaue sphere vt antiqui astrologi putabant.

Motꝰ orbiũ eccentricorum planetarꝝ

¶ Sphere vero septem planetarum q̃tũ ad orbes eccẽtricos aut deferentes planetarũ omnes ab occidẽte in orientem super axes et polos suos proprijs motibus in diuersis spacijs temporũ zodiacũ primi mobilis percurrũt. saturnus quidẽ in. 30. annis fere. iupiter in. 12. mars in duobus. sol venus et mercurius in. 365. diebus et fere sex horis preter rem modicã que nullius est sensibilitatis. luna in. 27. diebus et octo horis. Sed axis orbis eccentrici solis axi ecliptice equidistat: et motus eius super proprio centro regularis est. axes vero eccentricorum aliorum sex planetarum axem zodiaci extra centrum mundi intersecant: et poli illorum a polis zodiaci inequaliter distant. motusq̃ horum orbiũ super proprio cẽtro irregularis est. Sed epiciclus cuiuslibet planete intra suã cõcauitatem corpus stelle circulariter deferẽdo mouetur. verũ tamen in luna ab oriente versus occidentem pars superior epicicli: in alijs autem quinq̃ versus orientem reuoluitur. pars autem inferior ad partẽ oppositã. Orbes autem deferentes auges eccentricorũ planetarum motibus none et octaue sphere vt dictum est rapiuntur. Orbes tamen augem eccentrici lune deferẽtes super polis suis a polis zodiaci in vtrãq̃ partem gradibus quinq̃ se motis ab oriente in occidẽtem omni die naturali gradibus vndecim et minutis duodecim fere mouentur. Similiter et orbis quartus cõcentricus sphere ipsius super polis zodiaci ab oriente in occidentem quolibet die naturali tribus minutis fere caput et caudam drachonis lune deferens mouetur. Orbes autem deferentes augem eccentrici mercurij super polos zodiaci ab oriente in occidentẽ quolibet die naturali quadraginta nouem minutis ⁊ octo secũdis regulariter mouẽtur.

Cõparatio eccentricorum.

Motus epicicloꝝ planetarꝝ

Motꝰ orbiũ augef deferẽtiũ

¶ Secunda particula de proprijs motibus septẽ planetarum. et primo q̃tũ ad orbes eccẽtricos secũdo q̃tũ ad epiciclos ibi. Sed epiciclus. tertio q̃tũ ad orbes deferentes auges eccẽtricorũ ibi. Orbes aũt. q̃tũ ad orbes eccentricos duo facit. primo ostendit: in quo cõueniũt omnes orbes eccẽtrici planetarũ. secũdo id i quo differũt ibi. Sed axis. cõueniũt igitur oẽs orbes eccentrici omniũ septẽ planetarũ in hoc q̃ motus proprius cuiuslz eorũ fit super proprio centro axe atq̃ polis ab occidente per meridiẽ in orientẽ a quo per angulũ medie noctis reuertitur in occidẽtẽ verũtamen non omnes illi orbes reuolutionem vnam in equali tẽpore perficiunt sed in diuersis spacijs tẽporũ (vt etiã supra capitulo primo dictũ est) zodiacũ primi mobilis metiũtur. quia orbis eccẽtricus saturni in triginta annis fere. eccentricus iouis in. 12. orbis martis in duobus. sed orbis eccentricus solis aut veneris aut mercurij in vno ãno sex in. 365. diebus et fere sex horis excepta modica re que nullius est sensibilitatis deficiũt eñ scõm tabulas Alphonsi fere vndecim minuta hore. sed orbis lune in. 27. diebꝰ et octo horis zodiacũ circuit. ¶ Textus. Sed axis. Ponit illud in quo differũt eccentrici orbes septẽ planetarũ ⁊ tãgitur duplex differẽtia. Prima est q̃ non oẽs illi orbes mouẽtur super eosdem polos aut axes neq̃ per eundẽ circulũ. sed axis orbis eccẽtrici solis est linea recta ymaginabiliter transiens per centrũ proprũ illius orbis equaliter distãs in oibus partibus axi ecliptice octaue sphere. vnde et poli illius axis a polis ecliptice equaliter distãt. ex quo sequitur q̃ centrũ corporis solis semper mouetur sub linea ecliptica zodiaci. motus eñ quoq̃ axes sunt eq distantes per eundem circulũ fiũt in celestibus. Sed axes aliorum sex eccentricorũ sunt lineę q̃ proprias centra eorũ transeuntes ⁊ axem zodiaci extra centrũ mundi intersecantes vnde et poli illorum a polis zodiaci vtrinq̃ inequaliter distabunt. ex quo sequitur q̃ centrũ cuiuslz illorũ sex eccentricorũ non per eclipticam sed per alium circulum intersecantem ecliptica mouẽatur cuius circuli vna medietas declinet ab ecliptica versus septentrionem altera versus austrum. non tamen q̃ egrediatur latitudinem zodiaci. verum in quibusdam planetis huius circuli maxima deuiatio ab ecliptica maior est q̃ in alijs. Intersectiões autem duc in quibus dictus circulus eclipticam intersecat caput et cauda draconis dicuntur de quibus postea fiet sermo. Secunda differentia est q̃ orbis eccentricus solis super suo centro regulariter mouetur. protractis enim singulis diebus lineis rectis a centro huius orbis vsq̃ ad centrum corporis solis omnes ille equales angulos faciunt in eodem centro eccentrici et de circũferentia illius orbis equales arcus intercipiunt. sed nullus

UVA..BHSC. IyR_331

aliorꝫ sex orbium eccentricorꝫ sup ꝓprio centro regulariter mouetur. quia in quibuscunꝫ temporibus equalibus linee recte ꝓtrahantur a cẽtro illius orbis vsqꝫ ad centrum epicicli nõ semper equales anguli super cẽtrum eccentrici fiẽt aut equales arcus eiusdem circunferentie intercipientur. ¶ Notandum q̃ in ꝓposito linea ecliptica accipitur non in octaua sphera sed in sphera planete. et est quedam linea ymaginabiliter descripta in superficie conuexa illius sphere directe supposita linee ecliptice octaue sphere vt enim supra capitulo secundo dictum est omnes circuli sphere materialis licet ꝑncipaliter in primo mobili ymaginentur: tamẽ in omnibus sphe ris celestibus possunt ymaginari. Similiter etiam polos zodiaci vel ecliptice in sphera planete debemus intelligere puncta scilicet duo directe supposita duobus polis zodiaci octaue sphere. ¶ Notandum etiam q̃ spacia temporũ (quibus orbes eccentrici planetarum dicuntur zodiacum circuire) in textu posita non sunt precise accipienda sed adiecta particula fere sunt moderanda: quia secundum tabulas Alphonsi eccentricus saturni in.29.annis et decem mensibus et aliquibus diebus vltra reuertitur et non precise in.30.annis. similiter neqꝫ eccentricus iouis pertingit ad cõplementũ duodecimi anni et ita de alijs. ¶ Notandũ vlterius q̃ illud qõ dr de motu eccentrici solis (scz q̃ fit in.365.diebus et sex horis preter rem modicã q̃ nullꝰ est sensibilitatis) est intelligendũ in paucis ãnis. in multis tñ res illa valde sensibilis redditur. vt cũ dr in primo de celo puus error in principio maximꝰ est in fine ⁊ in q̃nto libro de repu. puum erratũ in principio correspõdẽs est ad singulas ptes. Sic igiꝫ licet error ille in vno ãno insensibilis sit (qr nõ sunt nisi.11.minuta hore) tñ post quatuor annos iã est error triũ quartarũ fere vnius hore. ⁊ ex cõsequẽti in q̃busꝫ.120.ãnis fere ẽ error vnius diei naturalis. q̃lz cũ ãnus romanꝰ quo ecclia vtitur est maior quolz ãno solari in illis.11.minutis hore. ⁊ quatuor ãni romãi sunt maiores quatuor annis solaribus in triby quartis vnius hore ⁊.120.anni romani excedunt totidem annos solares fere in vna die naturali quia annus romanus accipit sex horas completas vltra.365. dies. Ex hoc etiã sequitur aliud scz q̃ introitus solis in duodeci signa ꝓtinue variẽt in kalendario romano. i. qõ nõ eisdẽ diebꝫ mensiũ sol sp intret duodeci signa zodiaci. vñ etiã pz q̃ nec eqnoctia nec solstitia sunt nostris tẽporibꝫ eisdem diebus mensiũ q̃bus erãt tpe natiuitatis xpi: qr eqnoctiũ vernale. i. introitus solis in arietẽ tpe xpi fiebat .25. die marcij q̃ ẽ dies annũciationis aut incarnatiõis xpi. nũc aũt fit idẽ eqnoctiũ vn decima diei marcij. Item solsticiũ estiuale tunc fiebat.24.die iunij scz in die natiuitatis sci iohannis baptiste nũc aũt fit fere vndecia die eiusdem mẽsis. similiter solsticiũ hyemale tũc fiebat .25.die decembris q̃ est dies natiuitatis xpi nũc autẽ fit duodecima die eiusdẽ. Et cũ obseruatio festiuitatis pascalis ⁊ aliorꝫ festorꝫ mobilium in ecclesia xpiana (que kalẽdario romano vtitur) attẽdatur in ordine ad equinoctium vernale vt compotiste tradũt (qr vt habẽt exodi.12. quinta decima die mẽsis primi debebat pasca celebrari. ⁊ statutũ ecclie in cõcilio niceno vt beda dicit̃ est q̃ dñica ꝓprimo sequẽte quintã decimã diem predictam fiat festiuitas pascalis. ⁊ mẽsis iste ꝑmus de quo textus exodi loquitur est mensis ꝑmus lunaris. dr aũt vnus mensis lunaris in ꝓposito tps ab vna coniunctione solis et lune ad aliam ꝓximã sequentẽ. primus aũt mensis lunaris incipit a prima coniũctione luminariũ totiꝰ anni que scz fit iuxta diem eqnoctij vernalis. vt de quinta decima dies post illam primã coniũctionẽ erat in antiqua lege dies pascalis sz in ecclesia xpi dñica ꝓprimo succedẽs) ideo etiam sequitur ex eodẽ principio q̃ festiuitas pascalis ⁊ alia festa mobilia nõ eisdẽ diebꝫ mensium quibꝫ iam prudẽ in ecclia dei debeãt celebrari: sed ad variationẽ dicti eqnoctij debeant variari si statutum primũ ecclie circa hoc nõ fit abrogatũ qr quinta decima dies mensis primi iam fit priusqꝫ fiebat antiquitus ꝓpter scz anticipationẽ dicti equinoctij in kalendario ecclesie. Verũ qr cõpotus dionisii abbatis (quo ecclesia in obseruatione festorꝫ mobilium vtitur) presupponit equinoctiũ vernale semp fieri.21.die marcij sicut suo tẽpore fiebat q̃ statutũ consilij factum est. ideo secundũ vsum ecclie festiuitas pascalis ⁊ alia festa mobilia eodem mõ nũc sicut ⁊ tũc celebrant̃ nec est cura aliqua de predicta eqnoctij anticipatione. Ex quo sequtur q̃ scõm dyonisij cõputationẽ sepius lunatio scõa in anno dicat̃ prima et sic festũ pascale q̃ꝫ per mensem a vera cõputatione (q̃ deberet fieri scõm ꝑmariã ecclesie institutionẽ) retardatur ⁊ post ponit̃. cõpotus enim dyonisij licet primo esset cõformis statuto ecclesie: tñ ꝓpter dictã cãm iam est factus difformis. ¶ Quereret tñ aliq̃s quare vsus ecclesie sic discrepat a vera cõputatione. et quare ecclesia moderna nõ celebrat festiuitatem pascalẽ scõm tenorẽ statuti concilij gñalis scz q̃ dñica ꝓprimo sequente quintã decimũ diẽ mẽsis primi fiat pasca. Dicit̃ fortasse q̃ ecclesia ad confusionẽ tollẽdam cõputationẽ dyonisij (que notabiliter errat vt ostendimus) tollerare vult ⁊ secũdum ipsam festa mobilia quolibet ãno celebrat. esset cũ magna confusio in ecclesia si hec computatio tam diu p oẽs cristianos dispersa ⁊ vsitata toleretur et alia noua introduceretur. qr transirent multi anni anteqꝫ noua talis cõputatio ad oẽs ecclesias peueniret. vnde statutũ illud cõcilij p cõtrarium vsum vniuersalis ecclesie videt̃ esse abrogatũ. Et sic pz quosdã temere ⁊ stulte dixisse q̃ ecclesia in obseruatione festorꝫ mobiliũ errat: tũ qr error ignorãtia est ecclesia aũt nõ ignorat statutũ cõcilij licet ꝓpter malũ cõfusionis vitandũ eo nõ vtat̃ tum qr preceptũ dñi qõ ponitur exodi duodecimo est vnũ cerimoniale antiquis patribus veteris legis datũ precepta autẽ cerimonialia euacuata sunt ⁊ nõ obligant xpianos. statutũ etiam cõcilij gñalis ecclesie vnum positiuũ est mere humanũ qõ potuit ab ecclesia abrogari. Si tamen ecclesia primeuo statuto nunc vellet conformari hac via facile posset. quia enim a tempore dyonisij vsqꝫ ad nos equinoctium vernale decem diebus anticipatum est. si in aliquo mense anni decem dies naturales in kalendario non computarentur sed fieret saltus per omnes illos dies iterum equinoctium fieret .21. die

De illa pua re que nullius ẽ sensibilitatis.

Correlarium.

Correlariũ de variatiõe eqnoctiorꝫ ⁊ solsticiorꝫ

Correlariũ de variatiõe festorũ mobiliũ.

Quare ecclesia si variat dicta festa.

Qõ cõputus dyonisij iã non caret erroze.

Questio.

Solutio.

Correlariũ cõtra quosdam

Quõ posset corregi cõputꝰ dyonisij abbatis.

UVA. BHSC. IyR_331

marcij sicut tempore Dyonisij fiebat: et tunc in centū et viginti annis iterū deberet dimitti vna dies in kalendario. et sic posset perpetuari equinoctiū in eodē die mensis: et per cōsequens cōputatio pascalis a Dyonisio tradita sine errore sensibili. quia qñ plus non esset error nisi vnius diei. Vel posset aliter sic fieri q̄ decē p̄mi bissexti sequētes nō fierēt ita q̄ in.400. annis nō cōputarētur nisi. 365. dies pro quolibet anno et tunc equinoctiū reuerteretur ad.21.diem marcij.deinde in quibuslibet.100. annis dimitteret vnus bissextus et esset cōputatio Dyonisij in eternū sine errore sensibili et obseruaret statutū generalis cōsilij ad vnguē. Nisi etiā impediret error lunationū que singule in quibuslibet.76. annis p̄ sex horas anticipantur contra quē errorē multi diuersa cogitarūt remedia. sed alijs oībus melior est modus linconiensis quē etiā insequitur dñs Petrus de aliaco in suis tractatibus de correctione kalēdarij et de vero ciclo lunari. ¶ Tex. Sed epiciclus. dicit de motibus epicicloꝝ planetarū q̄ quilz epiciclus hz p̄riū motū circularē intra suā cōcauitatē et scōm illū motū defertur corpus planete sibi infixum: sed est differentia quia epiciclus lune in parte superiore mouetur ab oriente versus occidentem in inferiore vero econtra: sed epicicli aliorum quinq̄ planetarū in parte superiori ab occidente versus oriētem in inferiori vero ecōtra mouētur. Tempus tñ reuolutionis in oībus epiciclis non idē est qz epicicli trium superiorꝝ planetarꝝ scz saturni iouis et martis ab vna p̄uctione solis et planete vsq̄ ad aliā p̄rimo sequētē vnā pficiūt reuolutionē. sed epiciclus veneris in.19.mensibus solaribus semel circuit. epiciclus aūt mercurij in quatuor mensibus solaribus epiciclus vero lune quolz mense semel reuoluitur. corpus em̄ lune quolz die fere.13.gradus de circūferētia sui epicicli p̄currit. ¶ Tertus. Orbes autē. Dicit de motu orbiū deferentiū auges eccentricorꝝ in sphers planetarū: et primo dat modū generalē motus orbiū istorꝝ. secūdo facit quasdā exceptiōes ibi. orbes tamē. Modus generalis est q̄ orbes extremi in qualibet sphera planetarū qui dicūtur deferentes augē eccentrici nō habent aliū motū p̄riū p̄ter motū triplicē assignatū in octaua sphera quorꝝ vnus est p̄rius primo mobili aliq̄ none sphere z alius p̄rius octaue. Quilibet tamen duo illorꝝ orbiū sibi inuicem in motu taliter p̄portionātur vt semp strictior pars vnius sit cū latiore alterius et econtra. alias sequeretur penetratio dimēsionū vel vacuū aut rarū et dēsum in celestibus vt cōmentator et alij cōtra Ptholemeū nitūtur arguere. et tñ hoc posito nichil tale sequitur. ¶ Tex. Orbes tamen. Facit duas exceptiones. prima est de orbibus sphere lune. secūda de orbibus sphere mercurij ibi. orbes aūt. Circa sphērā lune duo facit. primo dicit de motu orbiū deferentiū augē eccentrici. secundo de motu orbis deferentis caput draconis ibi. similiter. Orbes ergo deferentes augem eccentrici lune a p̄dicta regula aliorꝝ excipiūtur quia neq̄ motu p̄rio none neq̄ octaue sphere rapiūtur: sed p̄rius motus eorꝝ est ab oriente per meridiē in occidentem quolibet die gradibus vndecim et minutis duodecim fere: hic tamē motus huius sit ab oriente in occidentē non tamen fit p̄ circulū equinoctialem aut super polos motus primi mobilis: sed fit per zodiacum circulū non tamē precise per lineā ecliptica aut super polos eius: sed poli motus istius distant a polis ecliptice vnus ex vna parte alius ex alia gradibus quinq̄. et axis motus istius axē ecliptice in centro mundi intersecat. vnde et circulus per quē fit iste motus intersecat lineam ecliptica in duobus pūctis oppositis. et vna eius medietas declinat ab ea versus septentrionē: altera versus austrū. nō tamē exit iste circulus latitudinē zodiaci sed eius maxima ab ecliptica deuiatio est quinq̄ graduum. ¶ Textus. Similiter. Ponit motū illius quarti orbis supremi in sphera lune qui simpliciter et quo ad vtrāq̄ superficiem mūdo concētricus est. mouetur enim ab oriēte per meridiē in occidētem quolibet die naturali tribus minutis fere secū alios tres orbes circūducens. neq̄ fit iste motus per equinoctialem: sed per ecliptica lineā precise quia poli et axis eius sunt poli et axis ecliptice. et hoc motu cōtingit variatio capitis et caude draconis lune. vt em̄ supra diximus ad hoc ponitur iste orbis vt per ipsum astrologi saluent motū duarū intersectionū circuli eccētrici lune cum superficie ecliptice que dicuntur caput et cauda draconis: quia ex eo q̄ iste orbis rapit motu suo orbem eccētricū lune prouenit q̄ superficies ymaginaria eccentrici lune nō intersecet superficiē ymaginariam ecliptice semper in eisdē punctis eius sed continue in diuersis. et fit ista variatio versus occidentem. quo modo autem ymaginari oporteat huiusmodi superficies et quomodo fiāt dicte intersectiones in tertia particula sequēte videbiḡ. Motus tamen earū sic intelligitur quia si verbi gratia hodie caput draconis ē sub decimo gradu arietis. post viginti dies iam erit sub nono gradu: et post alios viginti sub octauo z sic deinceps. viderunt nāq̄ astrologi q̄ quādo luna trāsit ab vno latere zodiaci ad aliud sub ecliptica nō est semper in eodē gradu zodiaci: sed isto mense in vno gradu illo vero in alio. quādo aūt luna sic transit sub ecliptica est in dictis intersectionibus. eadem experientia clarius habetur ex eclipsibus solis et lune que non semper in eisdem zodiaci partibus fiunt. ¶ Textus. Orbes autem. Ponit exceptionem de orbibus sphere mercurij. sed aduertendum q̄ cum quatuor sint orbes deferentes augem in mercurio vt supra dictum est: duo quidē extremi qui dicūtur deferentes augē equantis mouētur motibꝫ none et octaue sphere sicut deferētes auges eccentricorum aliorꝝ planetarū ideo de illis non est exceptio. sz alij duo orbes intra istos qui dicūtur deferētes augē eccētrici et ipsum orbē eccētricū immediate p̄tingūt: nō sic mouētur z de his intelligiḡ exceptio. mouētur eni ab oriēte p̄ meridiē in occidentē nō quidē p̄ equinoctialē sed p̄ zodiacū et lineā ecliptica p̄trāseūtq̄ i quolibet die naturali fere gradū vnū zodiaci primi mobilis cōtra sucessionē z ordinē signorꝝ: z sic in vno āno solari eorꝝ reuolutio integra fit. axis tñ motus istius est modicū separatus sed equidistans axi ecliptice vnde z poli illius a polis ecliptice paulisper distabūt. Isti orbes vt supra diximus po-

UVA. BHSC. IyR_331

sitti sunt ad saluandū diuersitatē que apparet in auge eccentrici mercurij. illa em̄ aliqn̄ ꝓpinqor aliqn̄ remotior est a centro mūdi qō nō cōtingit in augibus aliorꝝ eccentricorꝝ. vn̄ p motum horꝝ orbiū eccētricus orbis ab eis inclusus eleuatur et deprimitur in diuersis anni tēporibꝫ et modo distātior modo ꝓpinqor est supficiei ꝓcaue sphere mercurij. qn̄ em̄ late ptes horꝝ duorꝝ orbium sunt in directo latiorꝝ ptiū aliorꝝ duorꝝ: orbis eccentricus est minis eleuatus. qn̄ autē in directo subtiliorꝝ ptiū: orbis eccentricus est minis depꝛsus. ⁊ qn̄ mediocriter situātur: eleuatur aut deprimit eccētric⁹ ꝓter aliū ⁊ aliū sitū p̄dictarꝝ p tium. ſz hoc in theoricis latius hz videri.

Triplices circli ymaginarij.

¶ Ymaginamur tamen preter orbes supradictos in planetis circulos eccentricos/ equantes/et epiciclos. Eccentricus quidē circulus per lineam a centro orbis eccentrici planete vsqꝫ ad eiusdē vel sui epicicli centrum protractā vna reuolutione completa describitur. Equans autem circulus sup centro regularitatis motus orbis eccentrici ad quantitatē circuli eccentrici simili linea describitur. Epiciclus vero est circul⁹ per lineam a centro corporis epicicli vsqꝫ ad centrum corporis planete protractā vna reuolutione descript⁹. Sil igitur habet vnicum circulū per quem mouetur in supficie linee ecliptice: ⁊ est eccentricus Eccentricus q̄dem circulus dicitur qui diuidens terram in duas partes equales non habz centrum suum cū centro mundi sed extra. Huius autem circuli partes aux: oppositum augis: et longitudines medie notantur. punctus enim eccentrici qui maxime recedit a terra accedit qꝫ ad firmamentum: appellatur aux quod interpretatur eleuatio. punctus vero oppositus qui maxime remotionis est a firmamēto: et maxime propinquitatis ad terram: dicitur oppositum augis. sed longitudines medie sunt duo puncta opposita inter augem et oppositum mediocriter a firmamento et a terra distantia. Quilibet autem planeta preter solem tres habet circulos scilicet equantem: deferentem: et epiciclum Equans quidē lune est circulus concentricus terre et in superficie ecliptice: Eius vero deferens est circulus eccentricus terre: nec est in superficie ecliptice immo vna eius medietas declinat versus septentrionem altera versus austrum ab ecliptica. Et intersecat deferens equantem in duobus locis: et figura intersectionis appellatur dracho: quoniā lata est in medio et angustior versus fines Intersectio autem illa per quam mouetur luna ab austro in aquilonem appellatur caput draconis. cauda vero reliqua. Et est sciendum ꝙ tā deferens q̄z equans saturni: iouis: martis: veneris/ et mercurij sunt eccentrici et extra superficiem ecliptice. illi tamē duo sunt in eadem superficie. Epiciclus autem est circulus paruus per cuius circunferentiā defertur corpus planete. et centrum epicicli semper defertur in circunferentia deferentis. Et si due linee ducantur a centro terre ita ꝙ includant epiciclum alicuius planete vna ex parte orientis reliqua ex pre occidentis: duo puncta contactuum dicuntur stationes. punctus quidem contactus ex parte orientis dicitur statio prima. punctus vero contactus ex parte occidentis dicitur statio secunda. arcus autem epicicli superior inter duas stationes dicitur directio arc⁹ vero inferior inter easdem dicitur retrogradatio.

Eccētric⁹ circul⁹

Equans circulus.

Epicicl⁹ circulus.

Duo circuli lune.

Cōpatio eorum. Draco.

Caput. Cauda. Circuli a liorꝝ q̄nqꝫ planetarꝝ

Notabile

¶ Hec est tertia particula huius scōe partis de ymaginatiōe quarūdam supficierū vel circulorꝝ in spheris planetarū q̄ demōstrationibꝫ astrologicis multū ꝓferūt. et primo dicit de hijs circul' in cōi scōo descēdit specialiter ad singulos planetas ibi. Sol igit. q̄tū ad primū tria facit scōz ꝙ triplices circulos docet ymaginari scōa ibi. Equās aūt. tertia ibi. Epiciclus ꝓo. Dicit q̄ ꝙ astrologi p̄ter orbes corporeos q̄ vere et reales partes celorꝝ sunt: adhuc loquūtur in suis demōstrationibꝫ de q̄busdā alijs circulis q̄ nō sunt nisi supficies q̄dā ymaginarie intersecantes spheras celestes sicut etiā geometre circulos intersecātes spherā ymaginātur vt supra dixim⁹. hij aūt circuli ab astrologis ymagiati sunt triplices scz circuli eccentrici vel deferētes. circuli equātes ⁊ circuli epicicli. Circulus igit eccētric⁹ vel deferēs in quolz planeta sic ymaginat. ducatur linea recta a cētro orbis eccētrici vsqꝫ ad cētrū solis vel ad centrū epicicli in alijs q̄ linea admotum orbis eccentrici in circuitū ducta vna reuolutiōe ꝓpleta fluxu suo supficiē quādā circularē

UVA. BHSC. IyR_331

sole ideo semper ad minus medietas eius illuminatur a sole. vmbra autem lune ex alia parte velut piramis rotunda efficitur cõtinue tendẽs ad acuticem sic igitur luna soli et nobis interposita vmbram suam ad nos proijcit et claritatem solis nobis obumbrat. ¶ Textus. Est etiam. Ponit diuisionem eclipsis solis et primo facit hoc. secundo subdiuidit vnum membrum diuisionis ibi. et partialis. diuisio hec est q̃ duplex est eclipsis solis scilicet totalis et partialis sicut etiam de eclipsi lune dictum est. eclipsis solis totalis est quando totum corpus solare nobis obumbratur. et hoc contingit quando luna in cõiunctione solis fuerit in capite vel in cauda draconis precise sub ecliptica. Partialis vero eclipsis est quando solum aliqua pars solis nobis obumbratur et hoc contingit quando tempore coniunctionis luna aliquantulum distat a capite vel cauda draconis tamen infra terminos eclipsis supra dictos. ¶ Textus. Et partialis Ponit sub diuisionem secundi membri cuius etiam partes declarat. Eclipsis ergo solis partialis duplex est quedam septentrionalis alia vero meridionalis. Septentrionalis eclipsis est quando pars solis que est versus polum septentrionalem eclipsatur. et hec apparet maior in regionibus septentrionalibus q̃ in australibus ꝛ tanto maior apparet quanto regio fuerit septentrionalior tanto q̃ minor q̃to australior. Meridionalis eclipsis est quando pars solis que est versus polum meridianum eclipsatur et hec maior apparet in regionibus australibus q̃ in septentrionalibus et tanto maior q̃to regio fuerit australior tanto q̃ minor q̃to septentrionalior. Similis etiam diuisio dari potuisset de eclipsi partiali lune verũtamen illa non maior in vna q̃ in alia regione apparet siue septentrionalis fuerit siue meridionalis cuius causam supra tetigimus. ¶ Notandum q̃ regio aliqua in proposito non dicitur australis ex eo q̃ sit inter equinoctialem et polum australem. sed ad sensum Ptholemei in prima parte quadripartiti vbi omnes regiones inter equinoctialem et medium quarti climatis vocat australes. ceteras vero ab illo loco vsq̃ ad finem habitationis versus polum arcticum vocat septentrionales. ¶ Textus. Ex hijs p̃z. Infert correlarium etiam dubitationis solutiuum quare sc̃z cum in omni mense sit luminarium coniunctio non quolibet mense est eclipsis solis. et respondet vt prius q̃ cum due cause partiales requirantur ad eclipsim solis quali bet earum deficiente non fit eclipsis naturaliter nunc autem in pluribus coniunctionibus luna non est in capite vel in cauda draconis sub ecliptica sed raro et ideo raro accidunt eclipses solis. ¶ Textus. Notandũ autẽ. Comparat eclipsim solis ad eclipsim lune penes duas d̃as prima est q̃ eclipsis lune siue totalis siue partialis fuerit est generalis in omni terra q̃ omnibus simul luna apparet eclipsata. si ẽm aliquod corpus vel in toto vel in parte obscurum aut denigratum fuerit vndecũq̃ aspiciatur semper tale videbitur. Sed eclipsis solis non sic est generalis nec omnibus simul apparet sed dum hij solem eclipsatum percipiunt: illi luce solis fruuntur. quia sol in eclipsi vt dictum est nõ perdit lucem suam sz obumbratur claritas eius ex interpositione lune. potest autem quibusdam obumbrari alijs autem non. quod contingit tum quia cum luna sit minor terra vmbra eius non potest totam terram cooperire. tum propter diuersitatem aspectuum in diuersis regionibus. Hec autem variatio dupliciter attendi potest primo in regionibus eiusdem climatis quia licet quando eclipsatur sol in vna parte alicuius climatis in omnibus alijs etiã eclipsetur nõ tamen simul sicut si occidẽtalibus sol hora meridiana eclipsat̃ apparet: orientalibus vero nõ tunc sed post aliquot horas eclipsabitur. aliomodo ꝛ forte magis ad intentionẽ textus quantũ ad regiones diuersorũ climatum quando ẽm eclipsis solis est partialis potest esse tam parua q̃ in vno climate apparebit et in alio non. ꝛ licet in vtroq̃ illorũ climatũ appareat nõ tamen equalis sed maior in vno climate q̃ in alio vt dictum est. Secunda differentia est quia eclipsis solis incipit a parte occidentali corporis eius eo q̃ luna per proprium motum quo solem superat ad coniunctionem eius venit ab occidente. sed eclipsis lune primo incipit a parte orientali corporis eius eo q̃ ipsa p̃prio motu ab occidente veniens intrat vmbram terre q̃ primo tangit in parte sui corporis orientali veruntamen prius partem vmbre occidentalem ingreditur. ¶ Deinde ibi. Virgilius aũt confirmat ea que dicta sunt de eclipsibus luminariũ auctoritate Virgilij in georgicis qui vnico versu vtranq̃ eclipsim velut breui capitulo comprehendit cũ inquit. defectus lune varios solisq̃ labores. vbi eclipsim lune vocat defectũ q̃ luna in rei veritate deficit lumine cum eclipsatur. id ẽm q̃ greci eclipsim dicunt nos defectũ nominamus. Sed eclipsim solis vocauit laborem eo q̃ tunc sol laborare aut egrotare videatur quasi ẽm impotens factus radios suos ad nos non mittit. ¶ Sed circa predicta cõuenientes videtur causam crementi et decrementi lune inq̃rere. vbi aduertendũ q̃ cũ luna lumen non habeat ex se nisi quod recipit a sole ratio crementi et decrementi lune ex diuersa eius a sole illuminatione accipitur nõ enim crescit aut decrescit corpus lune sed lux eius cum autẽ sol sit multo maior luna semper medietatẽ eius ꝛ eo amplius illuminat excepto tempore eclipsis lune. non tamen semper eadem lune medietas illuminatur sed lumen ab vna medietate in aliam permutatur. quando enim est luna soli coniuncta superior eius medietas que est versus astra illuminata est inferior vero medietas versus terram obscura est et vmbram proijcit ꝛ tunc dicitur luno neomenia. Deinde vero cum luna motu suo velocior a sole incipit recedere: incipit etiã lux a superiore medietate lune ad inferiorem pmutari et incipit tunc nobis aliqua lux apparere in nostra medietate quia videtur luna bicornis et dicitur monoides aut luna noua vsq̃ ad septimũ diem quando est quartus aspectus lune ad solem et finitur prima quarta mensis lunaris. et tunc q̃ luna magis distat a sole maior pars nostre medietatis scilicet medietas circuli eius illuminata est et tunc dicitur dicotomos. Transeunte vero luna vlteri̊ post quartũ aspectum ante tamen oppositionẽ maior adhuc pars nostre

Que habitatiões sunt australes et que septẽtrionales

Quare luna crescit et decrescit.

UVA. BHSC. IyR_331

medietatis illuminatur continue et tunc dicitur luna amphitrios. Quando autem luna iam est in oppositione solis tota inferior medietas illuminata est et tota superior obscura et vmbram iacit versus astra et tũc dicitur luna panselinos et ibi finita est medietas mẽsis lunaris. In alia vero medietate lumen continue permutatur a parte inferiore lune ad partem superiorẽ et eisdem nominibus luna nominatur sicut in prima medietate ordine tamen conuerso.

¶ Reuerendissimi domini Petri de Aliaco Cardinalis et episcopi Cameracensis Doctorisq; celebratissimi Questio secunda.

QVeritur secundo vtrũ possibile sit solem ꝛ lunam eclipsari. Et arguitur primo q̃ nõ. et primo de luna qꝛ si luna posset eclipsari hoc esset per defectum luminis sed hoc non igitur. consequẽtia est nota maior etiam: probatur minor dupliciter. Primo quia luna nũq̃ deficit a lumine ergo non eclipsatur per defectum luminis consequẽtia tenet. antecedẽs pꝫ per Ptholemeum in secũdo quadripartiti vbi docet ex coloribus lune tẽpore eclipsis prenosticare de effectibus cõsequentibus ex eclipsibus modo color lune non est sine lumine ergo nunq̃ deficit a lumine. Secundo probatur minor quia si luna eclipsaretur ex defectu luminis sequeretur q̃ luna semper esset eclipsata consequens est falsum et patet consequentia quia semper vna pars ipsius lune caret lumine scꝫ illa pars que non est obiecta soli quare sequitur q̃ luna semper eclipsaretur quantũ ad aliquã eius partem. ¶ Secundo sic quia si luna possit eclipsari hoc esset propter interpositionem terre inter solem et lunam sed hoc non ergo. consequẽtia est nota maior patet per auctorem in textu probatur minor quia si propter interpositionem terre inter solem et lunam luna eclipsaretur tunc propter interpositionem veneris inter solem et lunam luna eclipsaretur cõsequens est falsum et contra omnes astrologos quia hoc non est visum. et patet cõsequentia quia venus est maiori q̃ sit terra ergo sequitur q̃ eius vmbra melius potest obumbrare lunam q̃ vmbra terre. Et confirmatur quia si sic sequeretur q̃ luna existẽte equali et sole existente in eodẽ loco omnes eclipses deberẽt esse equales. consequentia tenet quia vmbra terre esset equalis ꝛ sic eclipsis equalis sed cõsequẽs est falsum: imo illis obseruatis visum est vnam eclipsim diutius durasse q̃ aliam. ¶ Tertio sic quia si sic sequeretur q̃ terra esset maior sole cõsequẽs est contra Ptholemeum tertia dictione almagesti: sed pꝫ consequẽtia quia si terra esset minor q̃ sol per aduersariũ tũc eius vmbra vadit continue diminuẽdo vt pꝫ per perspectiuos modo luna est maior q̃ sit terra ergo vmbra terre non potest eclipsare lunã vel oportet q̃ sol sit minor terra. sed q̃ luna sit maior q̃ terra ptꝫ qꝛ luna maior est q̃ aliqua stella fixa vt pꝫ ad sensum modo quelibet stella fixa maior est q̃ sit terra vt pꝫ per Alphraganũ quare sequitur q̃ luna est maior q̃ terra. ¶ Quarto sic quia si sic seqꝛetur q̃ etiã vmbra terre potest eclipsare mercurium cõsequẽs est falsum quia non est repertum apud astrologos q̃ mercurius eclipsetur. et pꝫ cõsequẽtia quia vmbra terre protẽditur vsq̃ ad spherã mercurij vt ponit Cãpanus in sua theorica. ¶ Quinto sic quia si sic maxime esset in oppositione: consequentia tenet per auctorẽ. Sed consequens est falsum quod patet quia si solum esset eclipsis in oppositione tũc sequitur q̃ nũq̃ possemus videre lunam eclipsari sole existente supra horizontem cõsequentia tenet quia in oppositione si sol sit supra horizontem luna est sub et econtra sed consequens est falsum imo alias sol videbatur supra horizõtem et luna eclipsata vt recitat Plinius in libro de mirabilib9 mũdi. Deinde arguitur de sole quia sol nõ potest priuari lumine igitur psequẽtia tenet quia eclipsis dicitur priuatio luminis. antecedẽs pꝫ quia sol habet lumẽ ex se nec potest ab aliquo impediri. Secũdo si sic quia si hoc esset ꝓpter lunã interpositã inter solem et terrã et prohibentem lumẽ solis modo luna cũ sit minor sole nõ potest prohibere eius lumen. etiã si luna eclipsaret solem esset fortior sole. ¶ In oppositũ arguit̃ per auctorẽ in littera et p Ptholemeũ in sexta dictione almagesti et per oẽs astrologos. In q̃stione erũt duo articuli. primus erit de eclipsi lune. secũdus de eclipsi solis. ¶ Quantũ ad primũ sup ponenda sunt aliqua. primo supponitur q̃ luna nõ habet ex se illud intẽsum lumen per quod ita notabiliter et sensibiliter illuminat ista inferiora imo habet illud lumẽ a sole et ipm reflectit versus terram sicut reflecteretur a speculo polito. suppositio pꝫ secũdo celi pꝫ etiã p Ptholemeũ quarta dictione minoris almagesti in quadam suppõe qua ponit lunã habere suũ lumẽ a sole. ¶ Secundo supponitur q̃ vmbrosum sphericũ minus luminoso cui obicitur causat in parte opposita luminoso vmbram conalẽ ad modũ piramidis rotunde cuius conus est in parte oppositu luminoso et basis est circulus minor i vmbroso pꝫ per perspectiuos. Sed vmbrosum equale luminoso causaret vmbram colũpnarem ad modum columpne rotunde. sed vmbrosum maius luminoso causaret vmbram ad modum piramidis euerse rotunde. ¶ Tertio supponitur q̃ sol est maior q̃ sit terra. suppositio patet p Ptholemeum tertia dictione almagesti vbi proponit q̃ sol est maior terra cẽties sexagesies sexies et amplius. Ex hac suppositione sequitur correlarie et precedenti etiam q̃ terra cum sit obiecta soli causat in opposita parte eius vmbrã conalem ad modũ piramidis rotũde. et illius piramidis conus protenditur per magnã distãtiam vltra cõcauũ orbis lune vt demonstrat Ptholemeus in quinta dictõe almagesti et Campanus in sua theorica. ¶ Quarto supponendum est q̃ corpus plancte politũ et sufficiẽter densum obiectũ luiofo eius lumẽ incorporat et reflectit pꝫ suppõ per experientiã de speculo. Ex quo sequitur q̃ luna cum sit valde polita et sufficienter dẽsa quia densior pars sui orbis vt dicit commentator ipsa fortiter incorporat lumen solis et reflectit versus terrã. et est illud lumẽ primarium lunc propter cuius defectũ dicitur luna eclipsari et non solum intelligitur de lumine secundario: quia luna nunq̃ deficit ab eo sed de lumine primario et recto. et itelligẽdo de ipsa luna quãtum ad partes eius directe oppositas ipsi soli. ¶ Quinto supponendum est q̃ luna mouetur

Primus articulꝰ Prima suppõ.

Secũda suppositio.

Tertia suppõ.

Quarta suppõ.

Quinta suppõ.

UVA. BHSC. IyR_331

in suo orbe eccentrico qui orbis eccentricus deuiat ab ecliptica intersecando lineam ecliptica in duobus punctis et illarum duarum intersectionum vna vocatur cauda draconis et alia caput draconis. et inde est q luna deuiat ab ecliptica sed eccentricus deferens solē nunq̃ deuiat ab ecliptica et inde est q sol semper est sub ecliptica. Ex suppositione sequuntur correlaria/primum est q sole existente in cauda draconis ⁊ luna in capite vel econtra tunc sol et luna diametraliter opponuntur. Patet correlarium qz illo tunc sol et luna sunt ābo sub ecliptica et in punctis oppositis modo quecunq̃ duo puncta opposita ecliptice diametraliter opponuntur cum eius centrum sit centrum mundi/ Secūdo sequitur q nunq̃ sol et luna opponuntur diametraliter nisi vno existente in cauda draconis et alio i capite. patet qz sol semper est sub ecliptica luna autem non semper vt patet per quintam suppositionem nisi quando est in capite vel in cauda draconis solum ꝗ tunc opponuntur diametraliter sol et luna tempore oppositionis ipsa existente in cauda draconis et sole in capite vel econtra. et sic sequitur q luna et sol nunq̃ diametraliter opponuntur nisi in illo casu. consequentia tenet quia nichil oppositur soli diametraliter nisi sit sub ecliptica. ¶ Ex istis suppositionibus infertur responsio ad quesitum pro isto articulo q luna potest eclipsari patet quia possibile est vmbram terre de directo peruenire ad corpus lune ergo conclusio vera consequentia est nota antecedens patet quia vmbra terre de directo multiplicatur et protenditur ad oppositum solis vltra orbem lune modo possibile est corpus lune quandoq̃ esse diametraliter oppositum ipsi soli ergo illo tunc vmbra terre obumbrabit lunam. Ex ista cōclusione sequitur q solum in oppositione potest esse eclipsis lune patet qz solum in oppositione sol et luna diametraliter opponūtur. Secundo sequitur q non in qualibet oppositione debet esse eclipsis lune patet quia non in qualibet oppositione sol est in cauda draconis et luna in capite vel econtra. immo illud contingit vt in pauciorbus. Tertio sequitur q stat bene q medium tempus eclipsis non sit in vera oppositione/patet qz bene stat q oppositio sit modicum ante introitum lune in cauda et solis in capite vel econtra et tunc medium eclipsis statim post oppositionem esset. Et hec de articulo primo. ¶ Quantum ad secundum aduertendū est q ꝗuis quelibet eclipsis tam solis q̃ lune sit defectus luminis: in aliquo tamē differentia est inter eclipsim solis et lune. qz eclipsis lune est defectus luminis solis in ipsa luna propter vmbrā terre. Sed eclipsis solis non est defectus luminis in ipso sole qz semper habet lumen cum habeat lumen ex se: sed est defectus luminis in aliqua parte terre propter interpositionem alicuius vmbrosi obumbrantis terram in aliqua parte. ¶ Pro quo est aduertendum secundo q dupliciter accipitur eclipsis solis vnomodo proprie p defectu luminis solis in aliqua parte terre propter lunam interpositam et obumbrantē illam partem terre: aliomodo capitur large pro defectu luminis solis in aliqua parte terre propter aliquod obstaculum obumbrans illam partem terre quodcūq̃ sit illud. Et istomodo nubes causant eclipsim solis/et etiam in cauernis clausis in celarijs et sic de alijs. ¶ Tertio notādum est et supponendum q luna est minor q̃ sit terra patet per astrologos. Ex qua suppositione sequuntur correlaria. primo q non stat vmbram lune obumbrare omnino terram. patet qz vmbra lune cum luna sit minor sole continue vadit diminuendo et acuendo ad modum piramidis ergo cum talis vmbra sit vbiq̃ minor q̃ luna ⁊ luna minor q̃ terra sequitur q talis vmbra vbiq̃ minor est q̃ terra et sic non potest obumbrare totam terram. Secundo sequitur q non potest esse eclipsis solis vniuersalis. patet qz si sic tunc vmbra lune obumbraret totam terram quod nō est possibile vt dictum est Tertio sequitur q possibile est esse duos viciniores quorū vnus habet eclipsim solis et alter non. patet ex quo vmbra lune non obumbrat totam terram stat q aliquis sit in vmbra lune et alter non adhuc satis propinqui. ¶ Istis suppositis ponuntur cōclusiones. prima est q possibile est solem eclipsari secundo modo .s. large conclusio nota est de se. ¶ Secunda conclusio ⁊ responsalis pro isto articulo est/possibile est solem eclipsari proprie .s. primomodo patet qz possibile est lunam esse diametraliter interpositam inter solem et terram et tunc vmbra lune pertinget ad aliquam partē terre. Sequitur correlarie q non est possibilis eclipsis solis nisi in coniunctione sicut nec eclipsis lune nisi in oppositione/patet qz non est possibile lunam interponi inter solem et terram nisi tempore coniunctionis sicut nec est possibile terram interponi inter solem et lunam nisi tempore oppositionis. Et si queratur ergo quare non fit eclipsis solis in qualibet coniunctione. Respōdetur q solum fit eclipsis solis quando luna est in coniunctione in cauda vel in capite draconis et causa est qz si fiat coniunctio luna existente alibi tunc vmbra eius de directo non protēditur versus terram sed lateraliter solum et ideo non fit eclipsis solis. ¶ Secundo sequitur q illa eclipsis que fuit tempore passionis christi non fuit naturalis: immo miraculosa: quia fiebat versus oppositionem. Et illud patet per auctorem in fine huius tractatus vbi allegat sanctū Dyonisium qz illo tunc erat paganus et magnus astrologus. Qui dixit sic aut deus nature patitur aut totalis mūdi machina destruitur. ¶ Sz dubitatur quare vna eclipsis lune diutius durat q̃ alia. Respondetur q causa est qz dum eclipsis lune fit ipsa existēte in opposito augis sui eccentrici et sole etiam tunc fit magna eclipsis et diu durat. cuius causa est quia quanto sol et luna sunt propiquiores ipsi terre tanto vmbra terre latior est infra lunam ergo tāto luna plus apponit ad transeundem illam vmbram. sed si sol fuerit in auge eccentrici et luna etiam q̃uis luna sit in cauda vl in capite drachonis tamē nulla eclipsis fit. ¶ Secundo dubitatur de augmento et decremento lune. Respondetur q luna non habet lumen nisi a sole et ideo tempore coniunctionis pars lune que non est nobis obiecta ē illuminata ⁊ ideo nō pcipim lunā sz qñ incipit recedere a sole tunc paulatim aliqua ps que est nobis obiecta icipit illuiari ⁊ incipit no-

Primum correlarium.

Secz correlarium.

Cōclusio rfisalis.

Primū correlarium.

Secūdū.

Tertium

Secūdo articulo

Prima cōclusio.

Scda cōclusio.

Primum correlarium

Secz correlarium.

Primum dubium.

Secz dubium.

UVA. BHSC. IyR_331

UVA. BHSC. IyR_331

Theorica eclipsis lunaris



Theorica eclipsis Solaris



UVA. BHSC. IyR_331

bis apparere luna bicornis. et illo tunc quãdo incipit sic apparere dicimus esse nouilunium. Et illa figura quam luna videtur habere a nouilunio vsq ad principium secunde quarte dicitur monoydes grece. i. bicornis latine secũdum tamen magis et minus. In principio secunde quarte luna apparet ad modũ semicirculi. hoc est quia medietas partis nobis obiecte est illuminata. et ista figura vocatur dycothomos. Et postea a principio secunde quarte vsq ad oppositionem luna apparet nobis gibosa ad modum portionis maioris circuli et illa figura vocatur amphitrios. Et tunc cum luna peruenit ad oppositionem apparet nobis oino pfecta et illuiata ad modũ circuli Causa est qꝛ pars nobis obiecta et etiã obiecta soli illuminat: et ista figura vocatur panselinos. et iterum post oppositionem incipit luna diminui sicut prius augebatur et eodem modo vocantur figure. ¶ Ad primam rationem quando dicitur ꝛc. conceditur maior et negatur minor. et ad primam probationem dicitur q̃ verum est a lumine secundario sed bene deficit a lumine primario et respectu illius dicitur luna eclipsari. Ad secundam probationem negatur consequentia quia eclipsis lune capitur pro obumbratione lune propter terram interpositam. Ad secũdam rationem negatur minor ad probationem negatur consequentia. et duplex assignatur causa: vna quia venus est nimis rara et ideo non impedit radios solares. alia causa est quia venus est nimis propinqua soli et lune: ideo radij solares incidentes super eius terminos causant tantum lumen secundarium q̃ quasi apparet primarium. Ad confirmationem dicitur q̃ verum est si luna et sol essent inequalibus propinquitatibus et distantijs a terra: et etiam in cauda vel in capite draconis. Ad tertiam rationem negatur consequentia ad probationem dicitur q̃ luna non est maior q̃ terra. ad probationem negatur minor imo luna est minor qualibet stella fixa. et cum probatur dicitur q̃ si appareat maior hoc est ꝓpter nimiam propinquitatem. Ad quartam negatur consequentia ad probationem dicitur q̃ verum est sed nunq̃ peruenit ad corpus planete quia mercurius nunq̃ opponitur soli. Ad qn tam conceditur maior ꝛ negatur minor ad probationem dicitur q̃ verum est. et cum dicitur q̃ alias visum est. dico q̃ sol illo tunc erat adhuc sub horizonte sed apparebat nobis propter vapores interpositos inter nos et solem ꝛ hoc per fractionem radiorum. ¶ Ad alias rationes ad primam dicitur q̃ verum est nec deffectum luminis in sole vocamus eclipsim solis. Secunda ratio arguit de eclipsi i propria. Ad tertiam verũ est sed hoc non negatur. ad probationem negatur consequentia vnde bene impedit lumen solis ne proueniat ad aliquem certũ locum determinatũ sed non ꝓpter hoc sequitur q̃ sit fortior. Et hee de questione et per consequens de totali tractatu de sphera.

Ad rões. q̃stionis

¶ Et sic est finis questionum subtilissimarũ reuerendissimi dñi Petri de Aliaco Doctoris Parisiens super etherea noti.

¶ Digiti ecliptici dicuntur duodecime dyametri corporis solaris aut lunaris ecliptate et cognoscuntur per argumentum latitudinis lune verum. Minuta casus in eclipsi lunari sunt minuta zodiaci que luna perambulat solem superando a principio eclipsis vsq ad medium eius si partialis fuerit/ aut totalis sine mora. vel a principio eclipsis vsque ad initium totalis obscurationis si totalis cum mora fuerit. Minuta more dimidie sunt minuta zodiaci que luna solem superando a principio totalis obscurationis vsq ad medium eclipsis perambulat. Minuta casus in eclipsi solari sunt minuta zodiaci que luna a principio eclipsis vsq ad medium superatione sua perficit. Unde si minuta ista per superationem lune in hora diuidantur: tempus quo ea pertransit cueniet. Dyameter solis visualis in auge eccentrici .31. minuta chordat. sed in opposito augis .34. semper tamen que est proportio .5. ad .66. ea est motus solis in hora ad diametrum suam visualem. Sed dyameter visualis lune in auge eccentrici et epicicli .29. minuta chordat. in auge vero eccentrici et opposito augis epicicli .36. semper que est proportio .48. ad .47. ea est motus lune in hora ad dyametrum suam visualem. Quare sequitur q̃ possibile est vt quandoq̃ eclipsis solis accidat totalis. Dum sol in auge sui eccentrici fuerit: dyameter vmbre in loco transitus lunese habet ad dyametrum lune visualem sicut .13. ad quinq̃. excessus autem dyametri eius dum sol est in auge super eandem dum sol alibi fuerit in eccentrico decuplus est ad differentiam motuũ solis in hora quibus dum est in auge atq̃ illo alio loco mouetur. Et notandum q̃ nullus alius planeta a luna vmbram terre intrare potest. Eclipsantur tamen omnes alij planete et multe stelle fixe per interpositionem. Ex predictis patet q̃ cum eclipsis solis esset in passione domini: et eadem passio esset in plenilunio: illa eclipsis non fuit naturalis: sed miraculosa: et supra naturam. qꝛ eclipsis solis vt dictum est in nouilunio vel circa debet contingere Propter quod legitur dyonisium ariopagitã

Puncta ecliptica

Minuta casus.

Minuta more.

Quõ scit duratio eclipsis.

Dyameter visualis solis

Dyameter lunevisualis.

Correlarium.

Diuersitates vmbre terre.

Eclipses aliorꝫ ꝗnq̃ planetarum.

Deuotissimũ correlarium.

UVA. BHSC. IyR_331

in eadem passione dixisse. Aut deus natu
re patitur: aut mundi machina disol
uitur.

¶ Hec est secunda pars prime particule que d
cit de terminis pertinentibus ad ꝗtitatem ⁊ du
rationem eclipsium. et primo de hys que pertinent ad quantitatem eclipsium. secundo de pertinentibus ad durationem ibi. minuta casus. p declaratione primi sciendum est ꝙ licet corpora solis et lune spherica sint et rotunda: ex distantia tamen maxima nobis apparent plana vt etiam supra capitulo primo dictũ est vnde in materia eclipsium de eis sicut de circulis planis ratiocinamur. et sic dyameter solis aut lune velut dyameter cuiusdam circuli plani ab astrologis existimatur. quantitatem autem eclipsis solis aut lune quando partialis est per dyametri partes significant astrologi. et sic totam dyametrũ in duodecim partes equales (quas digitos aut puncta vocant) ymaginabiliter diuidunt. quot ergo ex hys digitis aut punctis eclipsantur totam partem illius luminaris dicunt esse eclipsatam. vt si sex digiti dyametri lune intrarent vmbram terre diceretur medietas lune eclipsata. si autem octo: due tertie partes lune ⁊ sic de alijs similiter et de sole. ¶ Quomodo autem cognoscantur digiti ecliptici in qualibet eclipsi subiũgit textus ꝙ per argumentum latitudinis lune verum. dicitur autem argumentum latitudinis lune distantia lune a capite draconis secundum longitudinem zodiaci. que si vsqꝫ ad lineam medij motus lune accipiatur secundum sucessionẽ signorum argumẽtum latitudinis lune medium dicitur. si vero vsqꝫ ad lineam veri motus lune et secundum sucessionem signorum: argumentum latitudinis lune verum. et per hoc argumẽtum potest haberi ꝗtum distat centrum lune ab ecliptica hora eclipsis et per consequens quota pars dyametri solis aut lune eclipsabitur. ¶ Textus. Minuta casus. Exponit terminos pertinentes ad durationem eclipsis apud astrologos vsitatos. et primo terminos durationis simpliciter. secundo terminos de diuersitate durationũ specialiter ibi. Dyameter solis. ꝗtum ad primum duo facit. primo exponit terminos pertinentes ad durationem eclipsis lune. secundo pertinẽtes ad durationem eclipsis solis ibi. Minuta casus. Circa eclipsim lune duos terminos exponit secũdum ibi. Minuta more. primus ergo terminus est minuta casus in eclipsi lunari per hoc enim astrologi intelligunt minuta zodiaci: quibus motus lune superat motum solis in eo tẽpore quod est a principio eclipsis (quando scz luna incipit intrare vmbram) vsqꝫ ad medium eclipsis si eclipsis illa partialis fuerit aut totalis sine mora. vel a principio eclipsis vsqꝫ ad initium totalis obscurationis si eclipsis totalis et cum mora fuerit. ¶ Notandũ ꝙ medium eclipsis dicitur quando centrum lune pertingit dyametrum longitudinis vmbre vel est in directo eius. et tunc corpus lune est tantũ eclipsatum ꝗtum est possibile illa vice. Initium autem totalis obscurationis est quando iam totũ corpus lune primo incipit esse sub vmbra. Casus vero est tempꝰ quo luminare cadit in eclipsim. s. a principio eclipsis vsqꝫ ad medium sed tempus a medio eclipsis vsqꝫ ad finem dici potest euasio. ¶ Notandum etiam ꝙ cum vmbra terre vt diximus semper terminetur ad nadir: solis: necesse est ꝙ tantum precise moueatur con vmbre in celo sicut centrum solis: cum igitur luna appropiquat vmbre oportet comparare motum lune ad motum vmbre. ideo astrologi inuestigant tunc excessum motus lune super motum solis qui etiam est motus vmbre ad cognoscendum certum tempus et durationem eclipsis. si enim vmbra non moueretur luna citius peruenirет ad eclipsim minusqꝫ duraret eclipsis. similiter etiam opꝫ intelligere circa eclipsim solis ꝙ oportet comparare motum lune ad motum solis. ¶ Textus. Minuta more. Exponit secundum terminum pertinentem ad durationem eclipsis lune scilicet minuta more dimidie significat enim apud astrologos minuta zodiaci quibus motus lune superat motum solis in eo tempore quod est a principio totalis obscurationis vsqꝫ ad medium eclipsis iam dictum mora autem significat tempus totalis obscurationis lune. i. ꝗdiu tota luna est in vmbra quomodo autem ꝙ ista minuta casus aut more duratio eclipsis cognoscatur paulo post apparebit. ¶ Textus. Minuta casus. Declarat vnicum terminum pertinentem ad durationẽ eclipsis solis scilicet minuta casus in eclipsi solari. sunt enim minuta zodiaci quibus motus lune superat motum solis a principio eclipsis vsqꝫ ad medium eius quod est quando centrum lune peruenit ad centrum solis vel in eius directum. In sole autem non assignantur minuta more qꝛ eclipsis vel nullam vel admodum paruam morulam habet. cum enim sol sit multo maior luna vix potest luna totum solem obumbrare et ideo quando totum eclipsat nõ potest diu durare totalis illa solis occultatio supra lunam sed ꝗ cito totus sol eclipsatus est tam cito icipit aliqua pars eius apparere. ¶ Deinde ibi. Unde si. Ostendit quomodo p supradicta minuta casus aut more cognoscantur durationes eclipsium solis et lune. cognoscitur enim tẽpus talis durationis hoc modo accipiatur motus lune in hora per suam tabulam et sit. v.g. 32. minuta cum medio accipiatur etiam motus solis in hora tempore eclipsis per suam quoqꝫ tabulam ⁊ sit. 2. minuta cum medio. ⁊ qꝛ motꝰ solis est minor subtrahatur a motu lune et remanebunt. 30. et sit diuisor. accipiãtur etiam minuta casus in eclipsi lunari aut solari vel etiam minuta more vt verbigratia minuta casus in aliqua eclipsi lune sint. 30. et sit numerus diuidendus. tunc minutatur ista casus secundum artem algorismi per superationem lune in hora scilicet per. 30. minuta diuidantur ⁊ numerus quotiens inde proueniens sunt hore. et patet ꝙ diuidendo. 50. per. 50. numerus quotiens est vnitas. i. vna hora. deinde residuum ex diuisione scilicet. 20. minuta multiplicentur per. 60. et prouenient. 1200. qui numerus iterum diuidatur per superationem lune in hora scilicet per. 30. et numerus quotiens inde proueniens scilicet. 40. erunt minuta hore. Et si aliquid ex hac diuisione fuerit residuum iterum multiplicetur per. 60. et numerus inde proueniens iterum

Quid argumentũ latitudis lune.

Ad ē medij eclipsis.

Quare eclipsis solis nõ hys moram.

UVA. BHSC. IyR_331

diuidatur per superationē lune in hora et numerus quotiens erunt secunda horarum et sic apparebit duratio eclipsis per horas et minuta et secunda. Si autē minuta casus essent ita pauca q̃ non possent diuidi per superationē lune in hora multiplicentur per.60. et productū diuidatur per superationem lune in hora ⁊ numerus quotiens erūt minuta horarum et tūc duratio illius eclipsis nullam haberet horam sed minuta et alias fractiones sequentes. Et eodēmodo esset operandū in minutis more eclipsis lune et in minutis casus eclipsis solis ad habendā durationem more lune sub vmbra et durationē eclipsis solis. ¶ Sed circa hoc aduertendū q̃ astrologi solum accipiūt minuta casus et minuta more dimidie nō autem minuta euasionis aut alterius medietatis more: quia in quolibet toto omnes partes eiusdem denominationis sunt equales ⁊ scita ꝗtitate vnius scitur ꝗtitas cuiuslibet alterius. casus autē et euasio sunt partes eiusdem denominationis in duratione eclipsis scz medietates. sicr etiam due dimidie more sunt partes eiusdē denoiatiōis in duratiōe totalis obscurationis. et ideo habitis minutis casus habentur et minuta euasionis et habitis minutis dimidie more habentur ⁊ minute alterius dimidie. vnde etiam scita duratione casus scitur ⁊ duratio euasionis et scita dimidia mora scit et alia dimidia. vnde per operationē supra dictā non haberētur nisi hore et minuta medietatis eclipsis vel medietatis more scz a principio eclipsis vsq̃ ad medium eius vel a principio more vsq̃ ad medium eius. illo autē tempore duplato haberetur tempus totius eclipsis. quando autē eclipsis lune est totalis et cū mora tunc casus et dimidia mora sunt medietas eclipsis: sed in eclipsi lunari sine mora et etiam in eclipsi solari solus casus est medietas eclipsis. ¶ Textus. Dyameter solis. Exponit alios terminos pertinentes ad diversitates durationū eclipsium vbi notandum est q̃ eclipsis totalis lune cum mora ⁊ etiam eclipsis totalis solis aliquādo maioris aliquādo minoris sunt durationis. et etiam eclipsis solis totalis aliquādo obscurior aliquādo minus obscura est et hoc est propter maiorē vel minorē solis aut lune a terra remotionem in suis orbibus eccentricis. primo ergo exponit terminos pertinētes ad diuersitatem durationis eclipsis solis secūdo pertinētes ad diuersitatē durationis eclipsis lune ibi. Dum sol. ꝗtum ad primū duo facit quia primo exponit dictos terminos. secūdo infert vnū corelariū ibi. Quare sequitur. Circa primū exponit duos terminos. secūdū ibi. Sed dyameter. Primus ergo terminus est dyameter solis visualis. est enim illa dyameter circuli solaris que nobis ꝗtitatem solis visualem metitur. et hec sole existente in auge sui eccentrici .31.minuta ecliptice cordat. i. apparet illa dyameter solis tāta ꝗta est corda vnius arcus ecliptice. 31.minutorū que sunt fere medietas vnius gradus. Sed quando sol est in opposito augis eccētrici dyameter visualis solis est sicut corda arcus ecliptice.34.minutorum quia tūc sol maior apparet cum sit nobis propinquior. Quādo autē sol in alīs locis sui eccētrici fuerit: hec est regula inuenēdi dyametrū solis visualem. quoratur tūc motus solis in hora hoc est minuta 30 diaci que sol pertransit in vna hora quando est in tali situ ⁊ ille arcus ecliptice se habet ad arcū quem cordat dyameter visualis solis in eodem situ in proportione sicut quicq̃ ad.66.que est sub tredecupla sesquiquinta vt.ꝗ.g.si sol esset in lōgitudine media sui eccentrici et motus eius in hora esset.2. minuta cum medio dyameter visualis eius chordaret fere.33.minuta. ¶ Textus. Sed dyameter. Exponit tertium terminū scz q̃d est dyameter lune visualis ⁊ quomodo variatur vbi notandum est q̃ in omni coniunctione solis et lune similiter ⁊ in omni oppositione epiciclus lune est in auge sui eccētrici. q̃ ergo in vna eclipsi solis sit luna propinquior aut remotior a nobis ꝗ in alia non prouenit nisi ex parte epicicli lune. sic ergo dicit q̃ dyameter visualis lune (q̃ quantitatem apparentem lune nobis mēsurat) luna existente in auge eccentrici et epicicli. 29. minuta ecliptice chordat.i. apparet corda arcū .29.minutorum ecliptice. Sed quando luna est in auge eccentrici et in opposito augis epicicli tūc dyameter visualis eius.36. minuta ecliptice cordat quia tunc luna apparet maior et est terre propinquior. In alīs autem locis epicicli luna existente si epiciclus in auge eccētrici fuerit hec est regula dyametri visualis eius quoniā motū lune in hora in tali situ epicicli se habet ad arcū quem chordat dyameter visualis eius in eodem situ sicut.48.ad.47. hoc est in proportione sesquiquadragesima septima vt.v.g.si luna esset in auge eccentrici et in longitudine media epicicli et motus eiū in hora esset.31.minuta zodiaci tūc dyameter visualis eius.30.minuta et.22.secūda chordaret. ¶ Textus. Quare sequitur. Infert vnū pulchrum corelariū cuiusdā cōmunis dubitationis solutiuū quomō scz cum luna sit multo minor sole potest ipsum totū eclipsare ita vt aliquando per interpositionem lune eclipsis solis fiat totalis. Et respondet q̃ ex predictis pz hoc esse possibile dictum est enim q̃ dyameter visualis lune aliquando est equalis aut maior ꝗ dyameter visualis solis ergo possibile est lunam totum solem nobis occultare. eclipsis enim solis vt dictum est non est priuatio luminis in sole sed sola obumbratio que nō fit nisi ad apparentiam aspectū nostrorum. si ergo quantitas visibilis lune aliquando maior est quantitate visibili solis poterit nobis totum solem occultare. Et cōfirmatur hoc quia secūdum perspectiuos vt supra capitulo primo diximus radij visuales solis veniunt ad nos pyramidaliter et ad angulum concurrentes. cum ergo luna sit nobis valde ꝓpinqua occurrēs angustie pyramidis quādoq̃ occupat totam latitudinem pyramidis et sic occultat totem basim. sicut etiam quandoq̃ videmus q̃ vnus homo ante nos positus occultat nobis magnū montē ꝓpter cādem causam. ¶ Textus. Dum sol in auge. Exponit alīū terminū pertinentem ad diuersitatē durationis eclipsis lune qui est dyameter vmbre. vbi notandū est q̃ quando est eclipsis totalis lune ⁊ cū mora aliquando est maior aliquando minor duratio eclipsis: etiam existente luna in eodem loco epicicli et eccentrici q̃ non nisi propter crementum et decrementum vmbre terre potest contingere.

Nō astrologi solā dimidiam durationem eclipsis cōputant.

UVA. BHSC. IyR_331

Declarat ergo quomõ pyramis vmbre aliquando est latior aliquando vero subtilior dicens q̃ quando sol est in auge sui orbis eccentrici vmbra terre est latior quia minor portio terre tunc illuminatur q̃ sole alibi existente propter maiorem scz a terra distantiam. sicut etiam perspectui dicunt q̃ maior pars lune illuminatur in coniunctione q̃ in oppositione eius ad solem ꝓpter maiorem propinquitatem. Dyameter ergo trãsuersalis vmbre (que scz mensurat latitudinem pyramidis in loco transitus lune) quando sol ẽ in auge eccẽtrici sui se habet ad dyametrum visualem lune sicut .13. ad .5. hoc est in proportione dupla super tripartiente quintas. Sed quando sol est in alijs locis eccentrici dicta dyameter vmbre in eodem loco est minor quanta autẽ sit hoc modo inuenietur accipiatur motus solis in hora dum sol est in auge: vt verbigratia duo minuta et .20. secunda accipiatur iterum motus solis in hora quando sol est in alio loco eccentrici scilicet ad mediam longitudinẽ et sit. 2. minuta et .30. secunda. excessus vnius motus ad alterum est .10. secunda iste autem excessus decupletur et fient .100. secũda. tunc capiatur corda arcus ecliptice .100. secundo q̃ tanto maior est dyameter vmbre quando sol est in auge eccentrici quam dyameter vmbre dum sol est in longitudine media q̃ta est illa corda arcus predicti.

¶ Textus. Et notandum. Hec est secunda particula huius partis in qua determinatur de eclipsibus aliorum quinq̃ planetarum a luminaribus et determinatio sua facilis habet duas partes. prima est q̃ nullus aliorum quinq̃ planetarum potest eclipsari eomodo quo luna eclipsatur scilicet per casum in vmbram terre. secunda pars est q̃ omnes alij planete a luna et etiã multe stelle fixe que scilicet sunt in zodiaco vel ꝓpe possunt eclipsari eomodo quo sol eclipsatur scz per interpositionem lune vel alterius planete. Prima pars patet qz nulla stella siue erratica siue fixa supra solem potest intrare vmbram terre qz illa non pertingit nisi vsq̃ ad celum mercurij Sed de venere et mercurio probatur qz vmbra terre vt dictum est semper dirigitur ad nadir solis. hij autem duo planete non tantum recedũt a sole vt veniant aliquando ad oppositionem eius. quoniam venus quando plus distat a sole est per duo signa. mercurius autem nunq̃ vltra vnum signum. vnde hij duo communiter dicuntur satellites solis. Secunda pars probata est supra cum de ordine celorum inquireremus omnis enim stella inferior potest superiorem sub zodiaco eclipsare. ¶ Sed circa hoc dubitatur qz cum luna vt dictum est vmbram iaciat in presentia solis: videtur q̃ planete superiores possint intrare vmbram lune et eclipsari. Et item venus et mercurius cum sint inferiores sole deberent aliquando ipsum eclipsare sicut luna facit q̃ tñ nunq̃ videmus. Ad primum dubium dicitur q̃ tres planete superiores non possunt intrare vmbram lune. quia cum luna sit multo minor terra et multo propinquior soli: multo etiam minorẽ habebit vmbram. vnde non poterit pertingere vsq̃ ad celum martis maior enim distantia est a luna vsq̃ ad martem plusq̃ in decuplo q̃ a terra vsq̃ ad mercuriũ vbi terminatur vmbra terre. Venus etiam z mercurius non possunt intrare vmbram lune qz vmbra illa non recte sursum porrigitur nisi quãdo luna est in oppositione solis ad quam oppositionem istri planete nunq̃ peueniunt vt diximus qz semper stant iuxta solem. Luna autem quãdo est iuxta solem scilicet in primis et in vltimis septem diebus mensis lunaris vmbram suam neq̃ directe sursum neq̃ directe deorsum ad terram sed lateraliter extra terram sub concauo orbis lune porrigit. sic igitur nullus planetarum preter lunam potest eclipsari ꝓpter casum eorum in vmbrã nisi forte quis velet dicere q̃ alij planete quinq̃ vmbras proijciunt in presentia solis z seipsos eclipsant quod tamen non est probabile cum sint corpora dyaphana. ¶ Ad secundum dubium dicitur q̃ mercurius est multo minor luna atq̃ a terra remotior. ideo nec totam pyramidem solis nec partem notabilem eius occupat et sic quando mercurius est sub centro solis dyametraliter imperceptibilis redditur et nichil sensibile de sole eclipsat. De venere autem idem dicendum est licet enim ipsa sit modico maior luna tamen multo distantior a terra est q̃ luna vnde pyramis radiosa solis in celo veneris latissima est z nõ posset venus sensibilem partem eius impedire nec solem sensibiliter eclipsare. vel dicẽdum vt prius q̃ isti duo planete non sunt corpora oppaca et vmbrosa sed perusia et perspicua ideo non obũbrant nobis claritatem solis. et dato q̃ essent corpora vmbrosa dicitur q̃ vmbre eorũ non pertingunt vsq̃ ad nos propter causam dictam scz qz multo anteq̃ ad terram pertingant terminantur et non apparent sicut vmbra lune. verumtamen si quis artificiose hora coniunctionis solis et horum duorum planetarũ corpus solare posset intueri forte puncturam aliquam nigram in circulo solari notare posset. ¶ Textus. Ex predictis patet. Hec est tertia particula huius partis in qua ex hijs que dicta sunt circa eclipsim solis auctor tanq̃ vir catholicus et verus christicola infert deuotissimũ correlarium quo totũ opus suum z precipue hanc tertiam partem huius quarti capituli ordinat et dirigit in cultum obsequium et honorem dei. Vbi notandum est q̃ licet astrologia a multis satis inconsiderate iudicetur superstitiosa et dampnanda velut falsa et sacre doctrine aduersa. tamen si vt Ptholemeus dicit in principio quadripartiti ipsam via phisica et modo naturali velimus accipere non superstitiosa aut vana sed dignissima doctrina et inter sacre sapientie ancillas precipua apparebit. vnde qui omni superstitione dimissa eam voluerit perscrutari multa et magna diuineq̃ scientie subseruientia et que in maiestatis diuine admirationem inducunt ex ea poterit elicere. vt enim iuxta principium huius libri diximus de nullo magis sapientiam/ potentiam/ et bonitatem dei admiramur quam de celorum et astrorum ornatissima compage que astrologie theorematibus cognoscitur. Inter cetera autem in quibus liberalissima hec doctrina imperiali sue domine sacre scientie inseruit potissimum est q̃ circa maximum miraculorum tempore passionis christi factum et docet et monstrat. tunc enim vt hystoria tradit euãgelica cun-

Duo dubitationes.

Ad primã.

Ad secũdũ

De astrologia valde seruit theologie

ctis stupentibus ab hora sexta vsq̃ ad horã no
nam sol obscuratus est et tenebre facte sunt sup
vniuersam terram. dies autem passionis christi
erat luna quintadecima scz dies oppositionis
luminariũ: quia vt euangeliste dicunt: christus
prima die azimoꝝ passus est. s. in die sancto pas-
che q̃ Exodi. 12. quinta decima die mẽsis primi
iussum est celebrari. cum igitur supra astrologia
nos docuerit eclipsim vel obscurationem solis
naturaliter non posse fieri nisi in nouilunio scz
prima die lune cum ipsa soli conũcta est: sequi-
tur necessario q̃ illa eclipsis solis non fuit natu
ralis sed pure miraculosa et supra naturam. Et
quidem si bene inspiciamus quinq̃ maxima mi-
racula fuerunt in hac eclipsi. Primũ fuit ex par
te temporis et hoc etiam tangit textus quia scz
illa erat dies plenilunij et non nouilunij vt con-
tingit in alijs eclipsibus. Secundum miraculũ
fuit ex cursu lune que naturaliter motu proprio
ab occidente in oriẽtem progreditur. in hac au
tem eclipsi visa fuit a Dyonisio vt infra probabi
tur citissime veniens ab oriente versus meridiẽ
vsq̃ dum stetit sub sole. vbi per tres horas que
uit et claritatem solis hominibus obumbrauit.
postea vero ad proprium locum versus oriẽtem
fere in instanti regressa est. et sic hora sexta ꝛ ho
ra nona visa fuit sub sole. sed vesperi sole occi-
dente ipsa in oriẽte apparuit soli opposita. Ter
tium miraculum fuit ex parte a qua incepit ecli-
psis: quia vt supra dictum est omnis eclipsis na
turalis solis incipit a parte occidẽtali corporis
solis: sed tunc illa eclipsis incepit a parte solis
orientali: vt enim diximꝰ luna retrocessit ab ori-
ente versus meridiem et sic primo tetigit solem
ex parte orientali. Quartum miraculum fuit ex
parte a qua sol lucere incepit post eclipsim quia
in alijs eclipsibus pars solis que primo occul-
tatur primo apparet post medium eclipsis. sed
in hac eclipsi pars occidẽtalis solis que postre-
mo fuit eclipsata primo detecta fuit. contra ve-
ro de parte orientali: eo q̃ luna non pertransi-
uit solem sed stetit sub eo: et postea retrocessit.
Quintum miraculum fuit ex duratione eclipsis.
quia vt dictum est supra eclipsis solis que natu-
raliter fit aut nullam aut paruulam habet morã.
sed in hac eclipsi vt euangeliste dicunt fuit mo-
ra trium horarum naturalium scz ab hora sexta
vsq̃ ad horam nonam. Aliud miraculum ponit
Hieronymus quia scz sol non modo ex interpo
sitione lune obscuratus est sed ipse radios suos
retraxit vt vel dominũ pendentem in cruce non
videret vel ne crucifigentes et blasphemantes
christum sua luce fruerẽtur. ¶ Si autẽ aliquis
querat cur de tam horrenda tãq̃ mirabili eclip
si astrologi aut philosophi illius temporis nul-
lam reliquerunt memoriã in libris suis. Ad hoc
dicit Origenes q̃ hec eclipsis nõ apparuit nisi
in terra inda in qua christus omnia sua miracu-
la voluit ostẽdere. et hoc vult dicere textus cuã
gelicus cum ait super vniuersam terrã scz inda.

Quinq̃ miracula eclipsis solis i passione dñi.
Primũ
Secũdũ
Tertium
Quartũ
Quintũ
Aliud miraculum.
Questio.
Solutio origenis.

quod a simili confirmat per illud quod dicitur
tertio regũ: viuit dominus deus tuus si est gẽs
aut regnum vbi non miserit me dominus meus
q̃rere te. vbi intelligit de gẽtibus que sunt circa
inda. Alij tamen doctores dicunt q̃ illa eclipsis
apparuit in vniuersa terra habitabili super cu-
ius hemisperium tunc erat sol. verũtamen astro
logi illius temporis non aduertebant nec puta
bant q̃ in tali die deberet fieri eclipsis solis cum
esset luminarium oppositio: ideo forte putauer-
unt q̃ hec solis obscuratio esset ex aliqua nube
spissa soli supposita et neglexerunt amplius ad-
uertere. Sed cum in egipto nulle vnq̃ fiant nu
bes ideo philosophi et astrologi qui tunc illic
aderant hoc tam grande portentum notauerũt
et in scriptis suis memoriam eius reliquerunt.
vnde Eusebius refert q̃ Flegon qui olimpia-
dum egregius supputator fuit libro. 13. de hac
eclipsi sic ait olimpiade. 202. magna et excellẽs
inter omnes que ante eam acciderant defectio
solis facta dies hora sexta ita in tenebrosam no
ctem versus vt stelle in celo vise sint terreq̃ mo
tus in bitinia nicene vrbis multas edes subuer
terit. Sed vt Origenes dicit hic flegon declara
uit hoc factum fuisse sub tiberio cesare. non ta-
men expressit tunc fuisse oppositionem lumina-
rium. Dyonisius etiam de quo textus mentionẽ
facit et qui tunc erat in egipto non athenis vt
quidam putant in epistola ad Policarpum di-
cit se hanc eclipsim solis vidisse ꝛ miracula iam
notata per ordinem narrat. ait enim in opinabi
liter soli lunam incidentem videbamus in egip-
to existentes. Vnde tãto prodigio stupefactus
ad eos qui secum aderant dixit. Aut deus natu
re patitur aut mundi machina disoluitur. quia
fide quadã occulta seu instinctu spiritus sancti
redemptionis nostre et fructifere christi passio-
nis misterium cognouit: qua delicta nostra per
tulit et paradisi portas illucvsq̃ clauses apc-
ruit vnigenitus dei filius: quo nos perducere
dignetur ille in cuius nomine omne genu flecta
tur et sine fine viuit et regnat deus vnus.
Amen.

Alia solutio.
Eusebij.
Beatus Dyonisij galiarum apostolij.

¶ Et sic est finis huius egregij tractatus de
sphera mundi Johannis de sacro busto anglici
et doctoris Parisiensis Vna cum textualibus
optimisq̃ additionibus ac vberrimo commen-
tario Petri Ciruelli daroceñ ex ea parte Tar-
raconeñ Hispanie quam Aragoniam et celti-
beriam dicunt oriundi. Atq̃ insertis per subti-
libus questionibus Reuerendissimi domini car-
dinalis Petri de Aliaco ingeniosissimi docto-
ris quoq̃ parisiensis. Impressum est hoc opu-
sculũ Anno dominice natuitatis. 1508. in mense
Augusti Parisius in Bellouisu Impensis
Johannis Petit Commorante in vico diui
Jacobi ad intersignium Leonis Argentei.

UVA. BHSC. IyR_331

P.L.D. In additiones immutationesq; opusculi de sphera mundi nuper editas disputatorius dyalogus Interlocutores Daroccensis et Burgensis.

MAgna pfecto est quorūdam hominum vesania: qui indignum et crudele putant antiquorum dicta (et si ad maiorem veritatis elucidationē id fiat) quēpiam aut corrigere aut immutare. quasi eorum hoc pacto nomina denigrentur in eternum ve alias p mansura deleantur. Nec ea nempe paucos ad modum fefellit opinio. neminem certe videas qui equo animo et nō quasi sub iratus veterum auctorum monumenta quo quomodo verti aut reprehendi audiat Sed nec me hoc a spherici opusculi additionum/ ac textus quarundam immutationum editio me deterrebit communi vtilitati p virili mea satisfacere studentem tam ꝛ si quam plurimos esse sciam et quidem amicissimos qui me temeritatis arguant et leuitatem ipingant. Sed quis hic est quem michi obuium conspicio procedentem. Heus forte gunsalus est. et certe is ipsius est nisi fallor. Nescio quid animū eius angit aut qua sollicitudine vexatur video lentum incessum defixosq; humi oculos ꝛ incomposite vestis incuriam. Ibo et ei rem hāc aperiam consilium super ea petiturus. ingenio suis nanq; est et liberalibus disciplinis apprime eruditus. Saluus sis mi gunsale. Burgen. Tu quoq; suauissime petre saluete. Quid hic labentis secane fluxus spectans agebas. An reflexos occumbentis solis radios speculabare. Expertus ne es in concursu radij cum catheco ymaginem apparere vti perspectiuam communem explanans nobis demonstrasti. D. Id ipsum. Sed tuquit michi subtristis veniens videbare. B Non possum tibi mentem meam non apperire. Audiui et certo scio te preclaras commentationes in spheram Johannis de sacro busto (viri sententia mea in astronomia peritissimi vt eius plura demonstrant scripta) edidisse. D. Noui quorsum istec. B. Sed audi obsecro rem totam. D. Fare vt lubet. me tibi faciles prestare aures decet qui id a te potissimū optes. B. Nec id tibi satis visum est nisi auctoris etiam ipsius (quē nec iniuria multa ante nos secula coluerunt) textum plerisq; in locis immutares atq; vt ita dixerim innouares. D. Et tu haud quaq; hoc recte factum arbitraris. B. Recte. D. Quid ni. B. Quid quod virū tam multa etate pbatum nequaq; sine decore a quopiam incusari posse existimo. D. Nosti philosophorum ingenia qui vt veritatem semper in honore ceteris ante ferrent: vetustissimis auctoribus ac preceptoribus carissimis contradicere non erubuerunt. Reprehēdit enim Platonē omnesq; pene maiores suos Aristoteles. B. Et multis ob hoc temporibus cachodemō habit⁹ apud Athenas et post mortem omniū fere ore vocatus. D. Ah ha. vulgus hec o amice existimauit non docti non boni nō denīq; sapientes. qui eum cunctis et preteritis et futuris facile anteferendum iudicarūt et philosophorum principem constituerunt Nō dum hieronimum legisti mra de eius laudibus scribentem. B. Recte ais. Monstrum ei nomen indidit. D. Facetus es. Sz missa istec ridicula facias. cuius queso philosophorum doctrinam tā multi coluere mortales. cuius vnq; scripta tandiu integra et in corrupta manserē. B. Nullius. Nec tū eo illi gloria parta est q; platonis doctissimi ac sanctissimi p̄ceptoris sententie fuerit obuius. sed q; vt quidam ex nostris ait. homīn figmēta perosus. Lincea in ethereos attollens lumina vult⁹. Vidit in hac vnū mūdi testudine numen. et oīm pene generum dogmata calluit q̄ diuino quodā stillo posteris scripta reliquit. D. Et tu mecū sentis. Nec enim nobis ideo nomen aliquod speram⁹ (si tū q̄rend⁹ honos est) q; tanti auctoris verba nōnūq; ꝛ sententias immutauerimus. sed q; veritatē (vti dominus concessit) plene patefacere anhelantes ea inseruimus que nobis necessaria visa sunt ex egregijs sapientum virorum monumentis excerpta. sed vt plenius tibi satisfaciā nōne Paulus apostolorum principem Petrum reprehendit. B. Quia scz vbi scandali periculum imminebat ei parcens nō putauit. D. Audi etiā et alios. que cedo etas Origenis laudes nō celebrabit. aut que tam virum aliquem vnquam habuit origene doctrina clariorem. B Multa eius scripta nequaq; fidei veritati consonāt. D. Pleraq; tamen diuine scripsit. verum nec ei in errore vel minimo deprehenso parcit Augustinus. qui Cipzianum etiam martyrij laurea iamiam donatum in multis carpsit. sed satis fuerint Hieronimus et aug⁹ sacrorū doctorū preci pui sese mutua reprehēsione (vbi opus erat) p̄secuti. quid hic dicas. quid ꝓtraiscere poteris iam superest vt mecum sentias et in hac editione michi adiutor sis. quid enim respondere valeas tantorum virorum exemplis adductis quibus id me honeste facere posse monstraui. B. Subcumbam tandem vt video. sed nichil hucusq; actum putes. multa enim clarissimis illis viris licuere: que nos honeste agere nequimus aliorum tibi argumento opus est ad hanc rē clarius cōmonstrandam. D. Bonam dete spem concipio. sed quoniam alios petis dabūtur ꝛ alij. B. Est etiam aliud quod te ab hoc opere potissimū arceat et tu ipse cum noueris facile acquiesces. D. Et quidā illud est. B Scies postea. inceptum nūc sequere. D. Truncato capite oriri capita video. faciundum tamen est quod postulas. sed dic oro quid id est. B Id quod infelicem codrum pdidisse satyricus narrat. sed tu tempus assidua interrogatione protrahens alios coniectare quos in medium afferas. D Haud recte concipis. tanta enim turba est vt non facile vel paucissimos commemorare valeam. B. Callidus certe es. nouo ad huc prohemio veteris narrationem spectans. inuocastin. D. Te non ab re semper amaui q̄ michi ita iucundus sis. sed nunq; me hodie nisi contentis descres. B. At qui hoc vel maxime opto. D. Ausculta igitur paucis. Nosti quāto in honore Petri lombardi doctrina semper habita sit cuius sentētias theologi oēs quasi textum cōminiscuntur. nec ideo tamē indubie ei in omnibus dictis credendum censent verum ipsum in plerisq; contempnunt. Thomas etiam

Plato. Aristoteles.

Babtista inātuan⁹

Petrus. Paulus Origenes.

Cipzianus. Augustinus. Hieronimus.

Petr⁹ lōbardus. Thomas

UVA. BHSC. IyR_331

solempnis doctor preceptores suos in multis arguit. tota quoq; Johannis scoti doctrina confutationibus dictorum Thome et aliorum referta est. demum qui secuti sunt solertissimi Nominales acerrima in vtrunq; spicula contorquent. nec ob id tamen eorum aliquem minor fama sequitur. Adessent nobis multi alij ad uocati quos externitatis laurea dotat mutij inter se altercationibus dissidentes clarissime propositum ostensuri. Est enim animi ingenui alios si vsq; vt homines errauerint pie aut interpretari/ aut corrigere/ semperq; veritatem pro viribus tueri. Nec quia priores peritissimi fuerunt posteris idcirco inueniende veritatis via clausa putanda est. scientiarum enim velut fluminum teste philosopho per continuam additionem fiunt incrementi. Quare age conceptum iam depone furorem/ nec verbis verba repelle: sed veritatem quam iamdudum vt video concepisti pande propala ac pronuntia. B. Video te iam defectum et tuo ligone facile confossum iri. disceptationem hominum qui litteras sectantur proposito tuo inseruire credidisti. D. Quod scilicet vnde aliorum eterna manent nomina: dedecus nobis non timeamus. D. Optime loqueris. Sed quanta reipublice litterarie detrimenta oppinantium diuersitas attulerit vel tuipse commemora hinc enim euenit vt perpaucos inuenias preter Horatij documentum nullius addictos iurare in verba magistri. Is stoicus est. ille peripateticus. hic Thomã sequitur ille scotum alius denicq; alium. quod sequitur vt rari sint veritatis participes et tuto res. quid queso scholastico viro indignius turpius ve q̃ disciplinę veritatiq; obuiare: at alicuius doctoris sectam pertinaciter profiteri obstaculum sapere cupienti noster asserit Aristoteles. D. Nostrum dicis quem prius cachodemona putasti: B. Astutus certe es iam prelibatione veteris. Eya age responde si me tibi vis consentire. D. Respondebo vt iubes et si per difficile sit obiecta reijcere nitar tamen vt cumq; dabitur id efficere quod institui. Quod ex doctorum altercatione accidisse ais vt paucissimi veritatis lumen agnoscant: nichil vero simile est. dubitatorum enim solutio (vt philosophus inquit) veritatis quesite est manifestatio. posteriorum igitur argumenta priorum sententias elucidant atq; declarant. oportet itaq; dubitare inquirentem quatinus vtriusq; partis auditis rationibus/ se datisq; affectibus intellectus ab omni motu animi liber verum inuestiget. hoc autem maxime fiet si que diuersi senserunt discutiantur et aliquo tanq̃ fundamento posito quid alij de hoc quod queritur iudicent inspiciatur. non tamen doctorem aliquem ita immittari vt quicquid is dixerit omni putetur falsitate carere recte factum dixerim. id enim humani ingenij fragilitas (deo specialiter non adiuta) non patitur. Sed nec id nostri parisij philosophi faciunt qui q̃uis Aristotelis vt plurimũ vestigia sequentes aliorum tamen sententias (qui preclara multa ei addiderunt) audire non renuunt: nisi forte nonnulli qui non philosophie sed pertinatie potius alumni cẽsendi sunt. Nec eorum hoc qui scripserunt vicio dandum est sed hominum potius ignauie imputandum luce igitur clarior apparet quicquid obiecisti repulsum B. Id tibi ita videtur. superest tamẽ maior huius negocij pars quanq̃ enim me etiam renitente diuersas hoim sentẽtias perscrutari scias incrementi plurimũ ꝓducere oñderis: vbi tñ cũcta demonstrationum certitudine inuestigantur (vt in mathematicis quarum astrologia vegementissima est fieri consueuit et a te ipso sepe numero audiui) nequaq; videtur reprehẽsioni aut opinantium varietati locus esse. aut igitur auctor hic (cuius sententias passim aut additione aut immutatione corrigendas putasti) in cunctis delirus est (quod tantorum iudicia virorum qui eum hucusq; secuti sunt falsum ostendunt) aut in nullo prorsus carpẽdus erat. D. Astrologiam amice Aristoteles physicã magis q̃ mathematicam ostendit: quod scz superiorum corporum motus potissimum perscrutatur. B. Scio quid vellis subiungere ꝛ me debiliter tibi multum instasse. Sed ad rem queso veniamus et vtinam liber nobis daretur vt facilius singula possemus percurrere que aut cõmutãda aut erradenda penitus iudicasti. D. Ecce adest. ad te eñ deferebam vt iudicium tuum promeres quod (vt video) cõmunẽ vulgi opinionem sequitur. ¶ Sed age nunc et loca singula recita in quibus tibi male aliquid aut adiũcisse aut littere ordinem conuertisse videmur. B Ex quatuor phemij propositor primũ nimis pstrinxisti. quartũ vero longo tractu dilatasti. D. Ita res exposcebat. precipua enim primi capituli inuestigatio circa formam mundi versatur. prohemij autem est eorum q̃ diserũtur principalia tantum ponere. caput etiam quartum vt facilius singula intelligerentur aliquantisper protraximus: commodũ igitur fuit eius titulum ampliare. sed minuta hec sunt perge vlterius. B. Duas tantum is auctor sphere diffinitiones et abunde satis apposuerat. tu aũt tertiã quãdam a te cogitatam premisisti. cui diuisionem a geometris non visam inseruisti. multaq; alia ibidẽ nescio qua ductus ratione addidisti. D. Due ille sphere descriptiões quas homo hic ab Euclide et Theodosio sumpsit obscure ꝛ difficiles sunt ꝛ magis q̃ introductionem deceat. aliam igitur faciliorem et si non verba mentem tamen omnium geometrarũ continentem anteponere fuit necesse. qua pre vis duc alie facilius intelliguntur. Inde vero sphere diuisionem ab autẽticis geometris habitam subiunximus. duasq; auctoris descriptiones alteri sectionis parti (vt Euclidis et Theodosij specialiter spheram diffinientium sensus clarior haberetur) aptauimus. orbem quoq; alterum prefate diuisionis membrum (quem etiam auctor est paulo post spheram sicut multi geometre appellauit) statim diffiniuimus atq; distinximus. que ad quarti capitis intelligentiam non paruum momentum afferre videbuntur. axis preterea diffinitionem quadam adiecta particula completam effecimus. et demum predicta omnia ad mundi corporei machinam (vt tractatus insinuaretur intentio) applicauimus. B. Recte factũ. sed dic queso cũ auctor iste sphere diuisionem eius diffinitioni (nec absurde) dyalectice

Scotus. Nominales. Horatij. Parisienses philosophi.

De additiõibꝫ primi capitulii

UVA. BHSC. IyR_331

artificio subiunxerit: vt quid tu textu eius resecto forme mundi dispositionem subnectens eius litteram puertisti. D. Michi nõ peruertisse ſz conuertisse potius videor. prima nanq; diuisione quam secundum substantiam dixit nõ totam sphere cõmunitatem sed spheram dũtaxat vniuersi partiri intendebat. que vniuersalis mundi machine diuisione nondum habita poni non debuit cum sit hec illius sub diuisio. Secũdam autem per accidens scilicet sphere diuisionem capiti secundo vbi de recto et obliquo horizonte fit sermo reseruauimus. B. Nec iniuria profecto. vt quid enim neutiq; necessariam sphere diuisionem apposuerit vniuerse compagis formam pollicitus explanare non facile coniectari possim. Sed nec quare tu decimam facias sphera nouẽ solum ab auctore Ptholemeum Alphraganum Thebit ceterosq; antiquos secuto sufficienter enumeratis perpendere valeo. D. Perpendes vt video quando rationi cedere incipis. Denus enim celorum mobilium numer? a modernis astrologis congruẽtissime ponitur qui triplicem octaue sphere cognoscunt lationem. quos idcirco probauimus quod exactissime omnium celestium motuum tabule Alphonsine hunc celorum numerum sibi prestituũt. B. Genus et patriam pretefers qui clarissima hyspani principis monumenta pro viribus tueri et ampliare conaris. D. Sic etiam quando ratio consonat fidos decet subditos. sed tu textũ prosequere. B. Vbi celi reuolutio sensibilib? experimentis comprobatur commode satis vt reor apparentia inferiorum motuum signa adiecisti. Sed dic michi cũ de celi rotunditate agit quare rationẽ Alphraganí qua pbat celũ multi laterũ planũq; nõ esse pmutasti? D. Apperiam vt potero si litterã eius legeris. B. Si celũ inq̃t esset planũ aliqua ps celi eẽt nobis ꝓpinquior alia illa scz q̃ esset supra caput nostrũ. D. Et si motu firmamenti angulus ad zenith nostrum peruenias costa autem ad horizontem: nũquid que supra caput nostrum esset stella nobis propinquior ceteris esset que in horizonte? B. Nequaq; et cognosco idcirco te non sine causa sequentem etiam litteram unmutasse precedentiq; concordem effecisse. Et que iuxta rotunditatem/ordinem/motum/et quantitatem elementorem apposita sunt non paruam vtilitatem cũ his commentationibus allatura. Sed discutienda cetera sunt quo clarior michi ꝛ alijs veritas elucescat. Ad secundum igitur capitulum transeamus in quo pauca adiecisse videris litteram etiam non multis in locis immutasse D. Nec expediebat quidem nisi q̃ vbi de zodiaco circulo agitur littere seriem pro maiori facilitate trãsmutauimus. et nonnulla de longitudine et latitudine locorum habitabilium terre (que facilẽ in cosmographiam Ptholemei aditũ prebeant (circa meridianum et horizontem diseruimus. B. Verum certe ais. pulchro eni ordine suis in locis cuncta inseruisti. Expediendum est tamen id in quo sepius tam lectores q̃ auditores velut insalebra herent cognituq; difficilimum putant ortus scilicet et occasus signorum pro vt astronomi sumunt. quem is duplicem rectum scilicet ꝛ obliquum posuit tu tertium excogitãs parem hijs addidisti. D. He videlicet signorum que e quali tempore cum totidem gradibus equinoctialis ascendunt: hec recta hec vero obliqua faterer. et q̃ nonnulla sint quibus neutrius ortus diffinitio competere valeat. B. Ea vt puto que triginta dumtaxat equatoris gradus in suo ascensu committantur. D. Ea ipsa. B. He quidẽ nonnunq; magna huius rei ambiguitas tenuit que te audito pulsa omnis euanuit. D. Hoc nichil est sed que sequuntur plerisq; ardua vixq; intelligibilia/alijs autẽ veritati disona visa sunt. B. Nos tu videris probasse qui nouas regulas interserens ei? textum in hac parte omnino deleuisti. D. Nec id abſre factũ censebis si modo michi auscultes. quod vt leuius fiat eius verba profer. B. Et est inquit sciendum q̃ in sphera recta quatuor quarte zodiaci inchoate a quatuor pũctis duobus sez solsticialibus et duobus equinoctialibus adequantur suis ascensionibus/id est quantum temporis consumit quarta zodiaci in suo ortu in tanto tempore quarta equinoctialis illi conterminalis peroritur D. Cuius queso rei notitiam hoc capitulum pollicebatur B. Id titulus monstrat ortus sez et occasus signorum in vtraq; sphera D. Vt videlicet que signa recta que ve obliqua vbiq; habitantibus oriantur et occidant eo tradente cognoscamus. cum igitur non omnes partes zodiaci equas habeant ascensiones et occasus opus fuit in aliquibus eius arcubus equalitatem ascensionũ inuenire B. Et id quidem auctor iste belle admodum explanauit cũ quartas zodiaci in sphera recta sibijpsis in ortu et occasu per hoc equari ostendit q̃ cum qualibet earum nonaginta gradus e quinoctialis ascendunt atq; descendunt. D. Potius igitur dicendum fuit id est quantum tẽporis consumit vna quarta zodiaci in suo ortu in tanto tempore alia quarta eiusdem zodiaci ab eisdem punctis terminata peroritur. similiter et de occasu. B. Paruũ quid hoc est faciles ex auctoris littera haberi potest. D. Nõ tamen ab omnibus presertim incipientibus quibus introducendis presens dirigebatur opusculum. Sed age q̃uis ad quartas equinoctialis relatione facta id quod sequitur (partes illarum quartarum variantur nec habent equales ascensiones) forsan tibi sicut et alijs multis difficultatem ingeret precipue quod in huio declarationem paulo post subdit inquiens. Et notandum q̃ non valet talis argumentatio isti duo arcus sunt equales et simul incipiunt oriri et semp maior pars oritur de vno q̃ de reliquo ergo ille arcus citius peroriretur cuius maior pars semper oriebatur. B. Quid hic nota dignũ inuenisti. licet enim cum tota zodiaci quarta tota etiam quarta equinoctialis oriatur non tamen cum quantacunq; quarte signiferi parte tanta quarte equatoris pars oritur vt pote cum vno zodiaci signo non vnum equinoctialis signum sed quandoq; plus quandoq; minus signo conscendit et sic partes ille variantur. D. Hij lectoris officio fungeris sane dũ queris dictorum intelligẽtiam. hunc etenim sensum ipse approbo. quem etiam in textu nouissime apposito expressi. sic autem nolle se intelligi

De additionibus secũdi capituli.

De additõibꝫ tercij capituli.

UVA. BHSC. IyR_331

auctor ipse paulo post monstrat cum subdit. si enī sumatur quarta pars zodiaci que est a principio arietis vsq̃ ad finem geminorum semper maior pars oritur de quarta zodiaci quam de quarta equinoctialis sibi conterminabili et cetera. Alio igitur modo et quidem ab omni astrologica veritate alienissimo hanc partium varietatem accepit quam tu exposueris. B. Neq̃ hic sensus a veritate defferre mihi videtur. D. Immo multum differt. assumpta enim ortus obliqui diffinitione prius habita ab omnibusq̃ concessa. et hoc sub sumpto auctoris dicto vnū manifeste falsum concluditur predicta scz omnia tria signa prime quarte zodiaci eorūq̃ opposita oblique oriri: reliqua vero sex signa recte sub equatore habitantibus q̃ astrologorum etiam mediocriter docti facile negabunt. B. Mira quadam affectione huic homini aduersari conaris cum tamen ipse sane intelligi possit ratione enim a principio quarte facta semper alterius duarum quartarum simul orientium vsq̃ ad earundem finem maiorem partem ortam videbimus. quod in dissolutione formate contra se argumentationis auctor palam ostendit. nec ortum rectum aut obliquū horum signorum (vt tu ei impingis) docere hic voluit. D. Hui. quorundam glosatorum quos inter exponendū textum castigauimus opinione falleris. Illi quidem verbū hoc semper maior pars oritur id est orta est glosant: qui quam inepte dicant ibi videre poteris. Auctor vero et si non fecerit debuit tamen que signa recte que ve oblique in sphera recta oriantur et occidant diuisim quantum introductio patitur determinasse vt a principio promissis finem imponeret. B. Optime loqueris. ignauus enim doctor est qui se multa ostensurum promittit que postea tradere aut nequit aut negligit. Eundem quoq̃ errorem ei ascribendū putabis cum de ortu signorū in sphera obiqua loquens ait. due medietates zodiaci que sumuntur a duobus punctis equinoctialibus adequantur in suis ascensionibus partes autem illarum medietatum variantur secūdum suas ascēsiones. quoniam in illa medietate ꝛc. D. Et re vera maiorē quanto medietas quartam magnitudine excedit. aut enim proposito non satisfacit: aut omnia sex signa q̃ sunt a principio arietis vsq̃ ad finem virginis oblique: eorum autem opposita omnia recte oriri in sphera obliqua eodē modo concludit. quod quam falsum sit tabulas ascensionū aut astrolabium consulens experiri poteris. B. Necessario vteris argumento. nec quid pro eo responderi possit video. teq̃ philosophice reipublice non parum cōmodi hac tua editione adducturū conjicio qui materiam istam omnibus pene difficillimam tua opera sic per viam effeceris: atq̃ regulas de occasu signorum in vtraq̃ sphera ab auctore isto pretermissas: modūq̃ ascensionum signorum in diuersitate horizontis obliqui: ꝛ in plaga meridionali eidem ignotū tradidisti. D. Sed hec vt plenius intelligas. Tu qui tanto tēpore in hac auctoris nostri editiōe laborasti dic oro ex eius ipsius verbis que signa recta nascūtur queve prona descendunt in sphera hac parisiensi. B. Medietates que a punctis equinoctialibus sumūtur sibi conterminatis equatoris medietatibus in ascensionibus adequari respondebo. D. Et ego idem querenti obliquū circulum simul cum toto equinoctiali oriri equa facilitate subiungam. B. Non igitur recte respōsum arbitraris. D. Tuipse iudica. B. Nequaq̃. respondendum enim sigillatim fuit hec signa recte hec vero oblique ascendere quod auctor noster pretermisit. et tu hisce regulis vsus belle admodum perstrinxisti. D. Id preterea quod subiungitur a nemine vicio dandum forte putabis. B. Quid nam. D. Arcus autem inquit qui succedunt arieti vsq̃ in finem virginis in sphera obliqua minuūt ascensiones suas supra ascensiones eorundem arcuū in sphera recta quia minus oritur de equinoctiali ꝛc. B. Ecquem hic errorem deprehendis? D. Crassus nimis patēsq̃ est et qui nulla queat tergiuersione celari. Cancer enim leo et virgo que sunt p̄me medietatis signa in sphera obliqua non minuūt sed ascensiones suas notabiliter augent. Econtra autem capricornus aquarius ꝛ pisces in secūda medietate ortu suo nimis diminuta videntur ab eo qō erat in sphera recta. B. Ita certe monstrant ascensionū tabule. et ego quidem hunc hominem cuncta que dixisset a clarissimis viris delegisse arbitratus magnam hucusq̃ ei fidem adhibui. D. Nec minorem denceps adhibeas oportet. nullius enim vt diximus ex hoc auctoris nomen denigratur famave minuitur q̃ nonnunq̃ ab alijs corrigatur. quandoquidem et ipse si adesset errorem q̃ perciperet seipsum corrigeret aut corrigentibus consentiret. Nec bene dicentibus solum vt noster dictat philosophus gratie habende sunt sed hijs etiam qui aliter enunciauerunt. nec fuit vnquā tā grandis doctor (seclusis hijs qui sacros libros scripserunt) qui in multis nō cespitauerit. vnde Prouerbiū illud exortum est quādoq̃ bonꝰ dormitat Homerus. omnes nāq̃ priores nostri quantum ipsi valuerūt coadiutores in veritatis adinuētione posteris sese p̄buerūt. quare eos amore quodā p̄sequi debemus quoniam primi se in palestra hac nostra litteraria exercuerunt et tutum nobis patefecerunt aditum. hoc tamen pacto vt rationi sit semp plus q̃ auctoritati humane credendum. B. Ita faciundum censeo. sed cetera si qua sunt absolue. D. Ea proponere tua interest. B. Cum de diuersitate dierum et noctium artificialium sermo est duplici eius rei causa existente non absq̃ ratione te secundam prime ante posuisse opinor. D. Quia scilicet ortum et occasum diuersum signorum dierum et noctium diuersitas sequitur. vnde et causa que ex ascensionum diuersitate sumitur prior atq̃ efficatior nobis visa est ca que ex inequalibus circulorum portionibus accipitur. B. Recte factum. nec recte minus clariorē climatis diffinitionē videris adiunxisse. D. Age dum quarti capitis additiones aggrediamur. B. Notandum inquit q̃ sol habet vnicum circulum per quem mouetur in superficie linee ecliptice et est eccentricus. D. Rides vt opinor absonum elocutionis exordium. B. Ita est sum nanq̃ petulanti splene cachino. D. Quid queso in hoc capitulo auctor ostendendum proposue

De additionibus quarti capituli.

UVA. BHSC. IyR_331

rat. B. Proprios planetarum motus quos per circulos eccẽtricos et epiciclos opinõe Ptholemei saluare nititur. vñ et a circulis recte exorsus est. D. Nonne motus omnis corporis est. B. Id phisica theoria demõstrat. D. Circulis igitur qui corpora non sunt motus attribuere non debuit. B. Fateor. D. Atq; idcirco corporeorum orbium dispositiones quas ex Purbachij theoricis delegimus huic parti aduexuim? et hij motuum planetarum cause sunt. Circulos etiam quos non incommode astrologi ymaginantur auctoris littere conformiter adiunxim? De motibus quoq; none et stellate sphere pauca quedam inseruimus. Necnon diuersas planetarum passiones explicauimus. B. Abunde certe cuncta complexus es. quibus neglectis rei quesite vel minima notitia haberi non potuit Sed nichil hactenus de eclipsibus tetigimus quas hic michi semper eclipsasse visus est ita enim breuiter loquutus est vt paucissima astrologo digna notauerit generalia duntaxat nec ea omnia intexens. D. Nec ob hoc carpendus venit. tanta enim tãq; difficilia sunt que plenam de eclipsibus notitiam prebent vt longe multo maiorem tractatum expostulent q̃ introductionem deceat. nos tamen pro virili nostra elaborauimus vt q̃uis omnia nota non fierent que tamen potissima visa sunt nequaq̃ pretermitterentur. B. Immo ita eclipsium tam luminarium q̃ aliarum stellarum causas/diffinitiões/et diuisiones diseruisti vt nichil pene intactum relinqueretur. D. Terminos etiam nonnullos quantitatem/durationem/varietatẽq; eclipsium concernentes quo singula clarius intelligerẽtur in calce operis adiecimus. B. Probe certe admodum. D. Contentus itaq; es et tibi vt hec edantur satis placet. B. Placeret vtiq; si prius hec Rodericus noster vasurtus resciuisset. qui ita profunde vt nosti mathematica hec callet vt alter nostris temporibus Alphonsus appareat. adde etiam q̃ nostri amantissimus est et nisi q̃ verum cognouisset consuluisset michil. D. Id locorum interualla non patiuntur noui tamen hominis ingenium qui cum recte et tantorum virorum exemplis me hec fecisse cognouerit non poterit non probare. Hec enim communi hominũ morbo laborat. B. Nisi falsam hanc opinionẽ a me repulisses que de patrie tue parentis laudibus concinui (eam enim mirum immodum extollere consuesti) edacibꝰ flammis mandassem edes tamen siuis collegij petam ad te q̃primũ delaturus. tu me interim operire et scapham cõscende pisces hamo decepturus. D. Abi igitur. B. Munq̃ michi futurum putabam vt opinionem hanc ita contentus desererem letor tamen q̃ nunc verum cognoscam. sed properãdum est. D. Grãde aliquid michi hodie effecisse videor qui amicum ita a stulta estimatione deiecerim. profuit tamen vnum quod ꝛ si nonnunq̃ verbis tantum pugnatum est vbi tamen veritatem ratio monstrauit illico aquiescere videbatur. sed scio aliorum pertinatiam hac via deleri non posse. qui et multi sint et nulla prorsus ratione ducantur. sed eccũ ipsum redeũtem. festinus certe es. B. Quid piscatus est? D. Poeticum illud quo me paulo ante deterruisti. B. Ecce, ad sunt carmina que in Daroce commendationem ludentes coniecimus vt cũq; tenuis nostra minerua concessit.

Roderico vasurtus.

FINIS

UVA. BHSC. IyR_331

¶ Gunsali Egidij Burgensis Carmen.

Qui sacros latices optas haurire minerue:
Qui cupis ex paruo discere multa libro:
Huc ades ingenies Petri cognosce labores.
Cuius mellifluo manat ab ore mellos.
Cui fauet ex alto deus ipse et sincera virgo/
Quēq; latent clari sydera nulla poli.
Hūc daroca hesperie genuit gratissima tellus:
Altera bethleem grandia dona tenens.
Nascentis domini teneros ea suscipit artus:
Hanc ille ingreditur menia nota petens.
Nam mahumet eis perculsi durius armis
Proponunt alto reddere corda deo
Aragones cristo dediti. atq; expellere regno
Mauros. tunc ratiuam perfide gaza tenes
Hancq; berengarius non multo milite septus
Expugnaturus numina sancta vocat.
Et iubet extemplo bellantum turba virorum
Pandat presbitero crimina cuncta libens.
Ipse sed imprimis (ductores quinq; sequuntur
Quos prior intererat) non benefacta piat.
Hūq; sacro christi festinant corpore pasci:
Prefecti et fundunt vota precesq; deo:
Ecce ruit vasti per summa cacumina montis
Hostis: et indomitus prelia gaza ciet.
Lincunt sacra duces. cōcurritur agmine facto
In mauros. orcho plurima turba datur.
Victores redeunt fouit quos christus Ihesus.
Numine quo fretum dura timere nefas
Cristicole illesi morti non occubat vllus.
E quibus ast octo vulnera pauca premunt.
Hūq; panē viuū repetunt (quē forte sacerdos.
Cum putat attonitus cuncta parata neci:
Lintheolo inuoluēs nitido decliue sub antrum
Multa timens ipso clauserat in nemore):
Quot prius in mensa cerealia liba minister
Sacrarat: totidem carnea frusta vident.
Que limo illisa et rubeo concreta cruore
Non vi non vlla sorte mouere queas
Nō hec vulcanus nec adunco forcipe cyclops
Euellat. vires impulit ipse deus.
Obstupuere omnes. patrias mittūtur ad vrbes
Qui mauros victos miraq; facta ferant.
Et simul exquirant que sit sententia cunctis:
In que nam sacrum menia corpus eat.
Miracloq; viri attonti stupideq; puelle
Undiq; conuenūt cernere sacra auidi.
Scinditur incertum studia incontraria vulgus.
Huros quisq; optat claudere sacra suos.
Una sed e multis placuit sententia tandem:
Donanda hec linquit munera tanta deo.
Extruitur capsa auroq; argentoq; superba.
Quam preciosa nimis multaq; gēma tegit.
Hunc sacra includūt. optātq; ex omnib⁹ vnam
Quadrupedē. hāc tāto pondere capsa iuit
Et ne forte domū repetat/pastus ve morietur
Pratorum: gemino lumine destituunt
Subijciuntq; oneri. ducit deus ipse vagantem/
Nec errare sinit/ qua sed oportet agit.
Per varias vrbes nūc has nunc preterit illas
Velox nec media sistitur illa via.
Insomnisq; manens/ libauit flumina nūquam:
Nec pasta est multo pondera passa die.
Est darocā contra quod non via longa se iūgit
Templum/nunc clara relligione sacrum:
Qō Marco obtulerat patrū canosa vetustas
Huic soliti ciues vota precesq; dare.
Destitit hic quadrupes lōgum testata laborem
Et subit casu viscera rupta dedit.
Cum primū Daroce conscendit menia rumor:
Gestaq; sunt cunctis iam patefacta viris:
Occurrunt leti domino iuuenesq; senesq;:
Atq; sacerdotum maxima turba ruit.
Excipiunt corpus/sacraq; in sede Marie
Condunt miraclis splendet vbi assiduis.
Cūq; dei corpus gaudent celebrare per orbem
Cristigene/ et cenam cōmemorare sacram:
Multorū hic adsunt tunc agmina densa virorū:
Qui darocā ꝛ sacrū cerucre corpus amēt.
Quā multi inferni manes/q; spissa malorum
Turba: ꝛ quot classes fert mare velivolum.
Tam multa hic varie videas discrimina lingue.
Tam varios homines ciuitas vna capit.
Mendax nec tantum miratur grecus athenas:
Victrici ve aquille gloria tanta fuit:
Nobile q; Daroce clarūq; hyspania nomen
Tollit: et ad superos igneaq; astra refert.
Quare age quē clari delectant premia phebi:
Quem dulci gremio docta thalia fouet:
Quem varios solis cursus phebesq; labores:
Horrida quem celi cognoscere signa iuuat:
Huc ades et docti perpendas dogmata lector
Petri. qui tantam gaudet habere matrem.
Hic tibi qua pugnax mūdus compage tenetur
Mōstrat. ꝛ ethereū que via corpus habet.
Hic inq; verbis perstrinxit plurima paucis.
Hunc seqre et poteris grandia nosse. Vale.

BIBLIOTECA DE LA UNIVERSIDAD DE VALLADOLID

UVA. BHSC. IyR_331

UVA. BHSC. LyR_331

UVA. BHSC. IyR_331

UVA. BHSC. IyR_331

UVA. BHSC. IyR_331

CRUC
LUS
DE
Sphae
ra
Mundi

Biblioteca de Santa C
yR 33
VA. BHSC
yR_331